

٢٥.١٠







Incipit epistola sancti Jheronimi ad Pammachium pro libris contra Iouinianum et de duobus hystoriae libris.

Frater ambrosius mecum tua munuscula ferens, deposuit simul et sanctissimas litteras, quae a principio amicitiae fidem probatae tam fidei et veteris amicitiae praeferebant. Vera enim illa necessitudo est, et in Christi gluteno copulata; quam non utilitas rei familiaris, non praesentia tantum corporum, non subdola et palpans adulatio, sed dei timor et divinarum scripturarum studia conciliant. Legimus in veteribus historiis quidam lustrasse provincias, novos adisse populos, maria transisse, ut eos quos ex libris noverant coram quoque viderent. Sicut Pythagoras, Empedocles, Plato, Democritus, Eudoxus, Archytas Tarentinus, eamque oram Italiae quae tunc magna Graecia dicebatur, honorificentissime peragrarunt, ut qui a Thalete magister erat et potens auctor doctrinae academiae gymnasia personabant, fieret peregrinus atque discipulus, malens aliena verecunde discere, quam sua imprudenter ingerere. Denique dum litteras quasi toto fugientes orbe persequitur, captus a piratis et ludificatus, etiam tyranno crudelissimo venit, ductus captivus unctus et servus. Tamen quia philosophus, major omnium se fuit. Ad Tullium Ciceronem eloquentiae fonte manantem, de ultimis Hispaniae Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus, et quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. Habuit illa aetas in auditorium omnibus saeculis celebrandum atque miraculum, ut urbem tantam ingressi, aliud extra urbem quaererent. Apollonius sive ille magus ut vulgus loquitur, sive philosophus ut Pythagorica tradunt, penetravit Persas, pertransiit Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetas, opulentissima Indiae regna penetravit, et ad extremum Latissimo Physon amne transmisso, pervenit ad Brachmanas, ut Iarcham in throno sedentem aureo, et de Tantali fonte potantem, inter paucos discipulos de natura, de moribus, de cursu siderum atque hydrographia audiret docentem. Inde peragratis Babylonios, Chaldaeos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phoenices, Arabes, Palestinos, revertens Alexandriam, petiit Aethiopiam, ut gymnosophistas et famosissimam Solis mensam videret in Sabulo. Invenit ille ubique quod disceret, et semper proficiens, semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissime suis voluminibus Philostratus.

Quid loquar de Graecis? Hominibus Romanis Apollonius Asclepiades et Magnus orator

qui de conscientia tanti in se hos
pitis loquebatur. an expimentū
queritis eius qui in me loquitur
xp̃c; post damascum arabiam q̃
lustratam. ascenderit ierosolimā
ut uideret petrū. et mansit apud
eum diebꝫ qndecim. hoc enī mỹste
rio ebdoadis. et ogdoadis. futurus
gentiū predicator instruendus e
rat. rursumq; post annos quatuor
decim assumpto barnaba et tyto
exposuit cum aplis euangelium
ne forte in uacuum curreret aut cu
currisset. Habet enim nescio quid
latentis energie. inue uocis actus.
et in aures discipuli de actoris ore
transfusa. fortius sonant. Unde
et eschines cum rodi exularet. et
legeretur illa demosthenis oratio q̃
adūersus eum habuerat. mirantibꝫ
cunctis atq; laudantibꝫ suspirās
ait. Quid si ipām audisseris bestī
am; sua uerba resonantē. III

Nec hoc dico quod sit aliquid i
me tale. qđ uel possis a me
audire uel uelis discere. sed quo
ardor tuus et discendi studiū. etiā
absq; nobis p se probari debeant.
Ingenuū docile. et sine doctore. lau
dabile est. Non quid inuenias.
sed quid queras consideramus
Mollis cera et ad formandū fa
cilis. etiam si artificis. et plaste es
sent manus. tamen uirtute tōū
est quicquid esse potest. Paulus
apls ad pedes gamalielis legem
moysi et prophetas didicisse se
gloriatur. ut armatus spūalib⁹
telis. postea diceret confidenter. Ar
ma enim militie nre non carnalia
sunt sed potentia deo. ad destructio
nē munitionū. cogitationes destru
entes. et omnē altitudinem extol
lentē se aduersus scientiā dei. et cap
tiuantes omnē intellectū ad obedi
endum xp̃o. et paratī subiugare om
nē inobedientiā. Timotheum scri
bit a infantia sacris litteris eru
ditum. et hortatur ad studiū lectio
nis. ne negligat gr̃am que data sit
ei. p impositionē manus presbiterij.
Tyto precipit ut inter ceteras uirtu
tes in quem breui sermone depinx
it. sententiam quoq; in eo eligat sep
timū. obtinentē inquit eum qui
secūm doctrinā est fidelem sermonē.
ut potens sit exhortari in doctrina
sana. et contradicentes reuincere.

Sancta quippe rusticitas IIII
solum sibi prodest. et quantū
edificat ex uite merito ecclesiam xp̃i.
tantū nocet si destruentibꝫ non re
sistat. Malachias pphēta imo per
malachiam dñs. interroga aut sa
cerdotes legem. In tantum sacerdo
tis officiū est. interrogatū respon
dere de lege. Et in deuteronomio le
gimus. Interroga patrem tuū. et an
nuntiabit tibi. seniores tuos et di
cent tibi. In psalmo quoq; centesi
mo decimo octauo. Cantabiles mi
hi sunt iustificationes tue. in loco
peregrinationis mee. Et in descrip
tione iusti uiri. cum eū arbori uite
dauid que est in paradiso compara
ret. inter ceteras uirtutes. hoc etiā

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

mtulit. In lege dñi uoluntas ei⁹: et in lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine sacratissime uisionis. uistos aut fulgere quasi stellas: et intelligentes id est doctos quasi firmamenti. Vides quantum inter se distent uista rusticitas: et docta ustica. Alij stellis: alij celo comparatur. Quãquã uxta hebraicam ueritatẽ: utrũq; de eruditis possit intelligi. Ita enĩ apud eos legimus. Qui aũtẽ docti fuerint. fulgebunt quasi splendor firmamenti: et qui ad iustitiã erudiũt multos. q̃si stellæ ĩ pperuas eternitates. Cur paulus apostolus uas electionis. Nempe qua uas legis: et scripturarũ sãctorum erat armariũ. Pharisei stupent ĩ doctrina dñi: et mirantur in puero et iohãne quomodo legem sciant. cũ litteras non didicerint. Quicquid enĩ alijs exercitatio et cotidiana lege meditatio tribuere solet: illuminatus ipse sensus suggerebat. Et erant uxta q̃d scriptum ẽ. docibiles deo. Duodecim annos saluator impleuerat: et templo sedens. de questionibus legis interrogans. magis docet. dũ prudenter interrogat. Nisi forte rusticũ patrũ. rusticũ dicamus et iohem: qui uterq; docere potuit. Et si impolitus sermone. nõ tamen sententia. Johes rusticus. piscator indoctus. Et unde illa uox obsecro; in principio erat uerbum. et uerbũ erat apud dñm. et deus erat ũbum. Logos et hoc grece: multa significat. Nam et ũbum ẽ et ratio et supputatio: et causa unius cuiusq; rei. p quã sunt singula que subsistunt. Que uniuersa recte intelligimus in xpo.

V

Hoc doctus plato nescuit: hoc demosthenes eloquens ignorauit. Quam magnã sapiam sapientiũ: et prudentiã prudentiũ reprobabo. Vera sapientia: dicit falsam sapiam. Et quãqm stultitia pdicationis ĩ cruce sit: tamen paulus sapiam loquitur inter pfectos. Sapiam autẽ nõ seculi huius. nec principum seculi istius qui destruuntur: sz loquimur dei sapiam in mysterio absconditã. quã predestinauit deus ante secla. Dei sapiẽtia xpc est. Xpc enĩ: dei uirtus et dei sapientia est. Et sapientia ĩ mysterio abscondita est. De qua et nomi psalmi titulus pnotatur. pro occultis filij: in quo sunt oĩs thesauri sapientie et scientie dei absconditi. Et qui ĩ mysterio absconditus erat: predestinatus ẽ ante secla. Predestinatus autẽ: et pfiguratus ĩ lege et pphetis. Unde et pphete appellabantur uidentes: quia uidebãt eũ quẽ ceteri nõ uidebant. Abrahã uidit dies ei⁹: et letatus ẽ. Apebantur celi ezechielis: qui pplo peccatori clausi erant. Reuela mihi dauid oculos meos: et considerabo mirabilia de lege tua. Lex enĩ spualis est: et reuelatione opus ẽ ut intelligatur. ac reuelata facie dei gl'am cõtemplemur. Liber in apocalypsi septẽ sigillis signatus ostenditur: quẽ si dederis homini scienti litteras ut legat. respondebit tibi. Non possũ. Signatus est enĩ.

Quanti hodie putant se nosse lit-
teras · tenēt signatū libū nec aperire
possunt; nūs ille reseranerit q̄ habet
clauem dauid · qui aperit et nemo
claudit · claudit ⁊ nemo aperit. In
actib; apl̄oꝝ sēs eunuchus īmo sēs
ur · sic enī eū scā scriptura cognomi-
nat · cū legēt ysaiam pphām interro-
gatur a philippo. Putas ne ītelligis
que legis? Respondit q̄. Quomodo
possim; nisi aliq̄s me docuerit? Ego
ur de me interim loq̄r · nec sanctior
sium hoc eunucho nec studiosior; q̄
de ethiopia idest de extremis mūdi
finib; uenit ad templū · reliq̄t aulā
regiam · et tantus amator diuine
scientie fuit · ut etiā in uehiculo sa-
cras litras legēt. Et tam cū libū te-
neret · et ūba dñi in cogitatione con-
ciper · lingua uoluēt · labus pſonaret ·
ignorabat eū quē in libro nesciens
uenerabatur. Venit philippus; osten-
dit ei ihm · qui clausus latebat ī lit-
tera. O mira doctoris uirtus. Eadē
hora credidit eunuchus; baptizat̄.
fidelis et sēs · ac sit magister de dis-
cipulo. plus in deserto fonte ecclie · q̄
ī aurato synagoge templo reperit.

Hec a me pstricta sunt breVI
uiter; neq; eū epistolaris angu-
stia cuagam longus pacebatur · ut
intelligeres te in scripturis sacris sine
ꝓuio et mōstrante semitā · nō posse
ingredi. Taceo de gramaticis · rethō-
ricis · philosophis · geometricis · dya-
lecticis · musicis · astronomicis · astro-
logis medicis; quoꝝ scientia morta-
lib; satis uel utilissima est · ⁊ ī tris
parte scinditur · idest in doctrinā · ra-
tionē usum. Ad minores artes uenia-
am · que nō tam lingua q̄m manu
administrantur. Agricole · cēntarii ·
fabri metallici · lignarii · cesores · la-
narii quoq; et fullones · et ceteri q̄ua
ria supellectilē ⁊ ulia opuscula fa-
bricent · absq; doctore q̄d' cupiunt ēe
nō possūt. Ad' medicoꝝ est ꝓmittunt
mecū · tractant fabrilia fabri. Sola
scriptura ars est · quā sibi passim
oēs uendicant. Scribimus indocti
doctiq; poemata passim. Hanc garru-
lanus · hāc delirus senex · hanc so-
pista ūbosus · hāc unū si plumūr ·
lerant · docent antē q̄m discant. Alu-
alucto supellex grandia ūba trucu-
lentes · inter mulierculas de sacris
libis philosophantur. Alu discūt ph
idoꝝ a feminis · q̄d uiros doceāt. Et
: patrū hoc sit · quadā facilitate uer
borū imo audacia · eclisserūt alios · q̄d'
nō intelligūt. Taceo de meis simi-
libus; qui si forte ad scripturas sacras
post seculares litras uenerint · et ser-
mone cōpto aures pplī mulserint ·
quicqd dixerint · hoc legē dei putant.
Nec sane dignantur q̄d' ꝓphete · quid
pplī senserint; sed ad sensū suū mōdo
grua aptant testimonia · q̄si gran-
de sit · et nō uocabulissimū ducendi ge-
nus · depranare sententias · ⁊ ad uo-
luntatē suā scripturā trahere repu-
gnantē. Quasi nō legerimus home-
rocentonas · et virgiliocentonas; ac
si nō etiā maronem sine xp̄o possi-
mus dicere xp̄ianū · quia scripserit
iam redit et virgo · redeūt saturnia

regna·iam noua ꝓgenies celo demit
tit alto·Et patrem loquentē ad fi
liū·Hec·mee vires·mea magna po
tentia solus·Et post ūba saluatoris
in cruce·Talia ꝓstabat membrans.
fixus q̄ manebat·Puerilia sunt
hec·et circulatoꝝ ludo simulia·do
cere q̄ ignores·immo ut et cū sto
macho loquar·nec hoc quidem sci
re·quod nescias.

VII

Indelucet manifestissima elegie
nelis·in qua de creatura mūdi
de exordio generis humani·de diu
sione terre·de confusione linguaꝝ.
de descensione usq; ad egiptum scri
bitur hebreoꝝ·Patet exodus cum
decem plagis·cum decalogo·cū ce
remonialibus diuinis q̄ ꝑceptis·In ꝓmpto
est leuiticus liber·in quo singula
sacrificia·imo singule pene sillabe
et uestes aaron·et totus ordo leui
ticus·spirant celestia sacramenta
Humeri uero·nonne totius arith
metice et ꝓphetie balaam·et qua
draginta duaꝝ mansionū ꝓ here
mū mysteria continent·Deutero
nomiū uero secunda lex·et euange
lice legis ꝑfiguratio; nonne sic ea
habet que priora sunt·ut tamē no
ua sint omnia de ueteribus·Huc
usq; moyses·huc usq; pentatheuc·
quibus quinq; uerbis loqui se uelle
apls in ecclesia gloriatur·Job ex
emplar patientie; que nō mysteria
suo sermone complectitur·Prosa
incipit; ūsu labitur·perelegi ser
mone finitur·Omnes q̄ leges dya
lectice; ꝓpositione·assumptione·cō
firmatione·conclusione determinat.
Singula in eo ūba·plena sūt sen
sibꝰ·Et ut de ceteris sileam·resur
rectionē corporum sic propheraꝝ ut
nullus de ea uel manifestius uel
cautius scripserit·Scio inq̄t q̄d
redemptor meus uiuit·et in nouissi
mo die de terra surrecturus sum·
et rursum circumdabor pelle mea·
et in carne mea uidebo dm̄·Quē
uisurus sum ego ipe·et oculi mei
conspecturi sunt·et non alius·Re
posita est hec spes mea·in sinu meo.
Veniam ad thesum naue·qui ty
pum dñi non solū in gestis·uerum
et ipo nomine ꝑfert·Transit iordā
nem·hostiū regna subuertit; diui
dit terrā uicoꝝ populo·et per sin
gulas urbes·uiculos·montes·flu
mina·torrentes·atq; confinia·et
ecclie celestis q̄ ierusalem spūalia
regna describit·In iudicū libro·
quot principes populi·tot figure
sunt·Ruth moabitis·ysaie explet
uaticinū·dicentis·Emitte agnū
dñe dñatorem terre·de petra deser
ti ad montē filie syon·Samuel in
heli mortuo et in occisione saul·
uetererem legem abolitam mōstrat·
Porro in sadoch atq; dauid·nouū
sacerdotiū·nouū q̄ imperiū sacramē
ta testatur·Malachim idest tertius
et quartus regum liber·a salo
mone usq; ad iechoniam·et ab ihe
roboam filio nabath·usq; ad osee
qui ductus est in assyrios·regnū
iuda et regnū describit israel·Si
historiam respicias·ūba simplicia

sunt: si in litteris sensum latentē. ecclie paucitas et hereticoꝝ contra ecclam bella narrantur. Duodecī pphete in unius uoluminis angustias coartati: multo aliud quam sonat in litra pfigurant. Osee ebreo nominat effraym. samariā. Ioseph. iezrahel. et uxorem fornicariā. et fornicationis filios. et adulterā cubiculo claussam mariti. multo tempore sedere uiduam: et sub uestre lugubri ad se uiri reditū prestolari. Johel filius fatuel describit terram duaꝝ tribuū. eruca. bruco. locusta. rubigine uastante cōsiuptam; et post eūsionem priorꝝ populi. effusium in spīm scīm super seruos dei et ancillas. idest sup centum uiginti credentium nomina. in cenaculo syon. Qui centum uiginti ab uno usqꝫ ad quindecim ascendentium et pincrementa surgentes; qndecim graduū numerū efficiunt: qui in psalterio mystice continentur. Amos pastor et rusticus. et uiroꝝ mora distringens: paucis uerbis explicari nō potest. Quis enī digne exprimat. tria ꝫ quatuor scelera damasci. gaze. et tyri. et y dumee. filioꝝ amon et moab. et in septimo octauoqꝫ gradu. uicia et ire. Hic loquitur ad uaccas pingues que sunt in monte samarie: et uiuentes domū maiorem minorem qꝫ testatur. Ipse cernit fictorē locuste; et stantem dīm sup murum lutum uel adamantinum: et uncinū pomoꝝ attrahentē supplicia peccatoribz. et famem in tra. nō famem panis. neqꝫ sitim aque. sed audiendi uerbum dei. Abdias qui interpretatur seruus dīi. pronat cōtra eclon: et sanguineum terrenumqꝫ frēn. fratris quoqꝫ iacob. semper emuli. hasta pectus spiritalī. Jonas columba pulcherrima. naufragio suopassionem dīi pfigurans. mundum ad penitentiam reuocat: ꝫ sub nomine uiuue salutē gentibz nuntiat. Michheas de morasthim coheres xpi. uastationē annuntiat filie latronis; et obsidionem ponit contra eam: qua maxillam percusserit iudices isrl'. Naum consolator orbis. incepat ciuitatem sanguinū: ꝫ post uersionē illius loquitur. Ecce sup montes. pedes euangelizantis: et annūtiantis pacem. Abacuc luctator fortis et rigidus. stat sup custodiam suam; et figit gradum super munitionē: ut xpm in cruce contempletur et dicat. Operuit celos gloria eius: et laudis eius plena est terra. Splendor eius ut lux erit: cornua in manibz eius. ibi abscondita est fortitudo eius. Sophonias speculator. et archanoꝝ dīi cognitor. audit clamorem a porta piscium; et eiulatum a secunda: et contritionem a collibz. Indicit quoqꝫ ululatum habitatoribz pile; qua contriti sunt omnis populus chanaan: disperierunt uniuersi qui inuoluti erant argento. Aggeus festiuus ꝫ letus. qui seminauit in lacrimis ut in gaudio meteret; destructum tem

plum edificat: deum q̄ patrem in
ducit loquentē. Adhuc unum mo
dicum q̄. et ego cōmouebo celum et
terram. mare et aridam: et mouebo
omnes gentes: et ueniet desiderat⁹
cunctis gentib⁹. Zacharias memor
dñi sui. multipler in ꝓphetia: ihm
sordidis uestib⁹ indutum. et lapidem
oculoꝝ septem. candelabrum q̄ au
reum cū totidem lucernis quot ra
mis. duas quoq; oliuas a sinistris
lampadis cernit et a dextris: uidit
equos rufos. nigros. uarios. albos.
et dissipatas quadrigas et effri
ym. et equum de iherusalem. pa
cificum regem uaticinatur. et pre
cet sedentem sup pullum filiū asi
ne subiugalis. Malachias aperte
et in fine omniū ꝓphetarum de ab
iectione ihrl' et uocatione gentium
nō est michi ars uoluntas in uobis
dicit dñs exercituum: et munus
non suscipiam de manu ura. Ab
ortu enim solis usq; ad occasum.
magnū est nomen meū in gentib⁹
et in omni loco sacrificatur et offer
tur nomini meo oblatio munda.
Ysaiam. iheremiam. ezechiel. et
daniel. quis potest uel intelligere
uel exponere? Quoꝝ primus nō ꝓ
phetam uidetur michi texere: sed
euangelium. Secundus uirgā nu
ceam. et ollam succensam a facie
aquilonis. et pardum spoliatum
suis coloribus: et quadrupler diuer
sis metris nectit alphabetum. Ter
tius principia et finem tantus habet
obscuritatib⁹ inuoluta: ut apud
hebreos ipe partes cum exordio ge
neseos. ante annos triginta non
legantur. Quartus uero qui et ex
tremus inter quatuoꝝ ꝓphas. tem
poꝝ conscius. et totius mundi phi
losophus: lapidem precisum de
monte sine manib⁹. et omnia reg
na subuertentem. claro sermone p
nuntiat. Dauid symonides noster.
pindarus. et alchęus. flaccus quoq;
catullus. et serenus. xp̄m lira per
sonat: et in decacordo psalterio.
ab inferis excitat resurgentē. Sa
lomon pacificus et amabilis dñi.
mores corrigit. naturam docet. et
ecclesiam ungit et xp̄m: sanctaq;
nuptiaq; dulce canit epythalami
um. Hester in ecclie typo. populū
liberat de periculo: et interfecto a
man qui interp̄tatur iniquitas. par
tes conuiuii et diem celebrem mit
tit in posteros. Paralipomenon li
ber unus instrumenti ueteris. epy
thome. tantus ac talis est: ut abs
q; illo siquis scientiam scripturaꝝ
sibi uoluerit arrogare. scip̄m irri
deat. Per singula quippe nomina
uncturas q; uerboꝝ. et p̄termisse
in regum libris tanguntur histo
rie: et innumerabiles explicantur
euangelij questiones. Esdras et
neemias aduitor uidelicet et cōso
lator a dño. in uno uolumine ar
tantur: instaurant templū. muros
extruunt ciuitatis. Omnis q; illa
turba populi redeuntis i patriam.
et descriptio sacerdotū. leuitarū.
israhelis. ꝓselytorū. ac p singulas

familias murorꝫ et turrium opera diuisa: aliud in cortice preferunt. aliud retinent in medulla. Cernis me scripturarū amore raptum. excessisse modum epistole: et tamen non implesse quod uolui. Audiuimus tantum quid nosse. quid cupere debeamus: ut et nos quoq; possimus dicere. Concupiuit aīa mea desiderare iustificationes tuas: in omni tempore. Ceterum illud socraticum impletur ī nobis. Hoc tantum scio: qđ nescio. Tangam et nouum breuiter testamentum. Matheus. marcus. lucas. et iohannes. quadriga domini. et uerum cherubin quod interpretatur scientie plenitudo; per totum corpus oculati sunt. Scintille emicant. discurrunt fulgura. pedes habent rectos. et in sublime tendentes. terga pennata. et ubiq; uolitantia: tenent se mutuo. sibiq; pplexi sunt. et quasi rota in rotam uoluuntur. et pergunt quocumq; eos flatus spiritus sancti duxerit. Paulus apls ad septem scribit ecclias: octaua enim ad hebreos a pleris q; extra numerū ponitur. Timotheum instruit et titū: philemonē pro fugitiuo famulo deprecatur. Super quo melius tacere puto: quam pauca scribe. Actus apl̄oꝝ nudam quidem sonare uidentur historiam. et nascentis ecclesie infantiam texere. Sed si nouerimus scriptorem eoꝝ lucam ee medicum. cuius laus est in euangelio: animadūtimus pariter omia uerba illius. anime languentis ee medicinā. Jacobus. petrus. iohānes. iudas. septem epistolas ediderunt. tam mysticas quam sucunctas. et breues pariter ac longas; breues in uerbis. longas in sententijs: ut ratus sit qui non in earum lectione cecidit. Apocalipsis iohānis: tot habet sacramenta quot uerba. Parum dixi: et pro merito uoluminis. omnis laus inferior est. In ūbis singulis: multiplices latent intelligēte. Ego te frater karissime mē hec uidere. ista meditari: nichil aliud nosse. nichilq; querere. Nonne tibi uidetur; iam hic in terris. regni celestis habitaculum. Nolo offendaris in scripturis sanctis. simplicitate q; quasi nuditate uerboꝝ; que uel uicio interpretum uel de industria sic prolate sunt. ut rusticam contionem facilius instruerent: et in una eademq; sententia. aliter doctus. aliter sentiret indoctus. Non sum tam petulans et hebes; ut her me nosse pollicear. et eorum fructus carpere in terra: quoꝝ radices ī celo fixe sunt. Sed uelle fateor; sed enim me profiteor: magistrum renuens. comitē spondeo. Petenti datur. pulsanti aperitur: querens inuenit. Discamus in terris: quorum nobis scientia pfecerit in celo. Obuius te manibꝫ excipiam; et ut meptę aliquid ac delirmagore tumiditate effundam: quicquid quelieris. tecum scire conabor.

Habes hic amantissimū tui fratrem eusebium; qui lucrationū tuarum michi grauem dupicauit: referens honestatem morum tuorū: contemptum seculi: fidem amicicie: amorem xpi. Nam prudentiam et eloquii uenustatem: etiam absq; illo. ipsa epistola pferebat. Festina queso re: et herenti in salo nauicule. finem magis prescide qm solue. Nemo renunciaturus seculo: bene potest uendere. que contemplit ut uenderet. Quicquid in sumptus de tuo tuleris: pro lucro computa. Antique dictum est. Auaro deest tam quod habet. quam quod non habet. Credenti: totus mundus diuiciarum est. Infidelis autē: etiam obolo indiget. Sic uiuamus quasi nil habentes: et omnia possidentes. Victus atq; uestitus: diuicie xpianorum. Si habes in potestate rem tuam uende: si nō habes pice. Tollenda tunicam: et pallium relinquendum est. Nisi sequeris nu sem per rectra tenans. et diem de die trahens. caute q pederentim tuas possessiunculas uenderis: nō habet xpc unde alat pauperes suos. Totum deo debit: qui seipsum obtulit. Apostoli. tantum nauem et retia reliquerunt. Vidua duo era misit in gazophilacium: et pferur credi duicijs. Facile contemptur omia: qui se semper cogitat moriturum.

Explicit epistola sci ihonimi. Incipit prologus sancti iheronimi presbiteri in pentharteuchum.

Delideri mei delideratas accepi epistolas; qui quodam plagio futuroy cum daniele sortitus est nomen: oblectantis ut translatum i latinā linguam de hebreo sermone pentha theuchum nostroy auribz traderem. Periculosum opus esse. q obtrectatorum meoy latratibz patens; qui me asserunt in septuaginta interpretum suggillationē noua pro ueteribus cudere. ita ingenuū quasi unū probantes: cum ego sepissime testatus sim. me pro uili portione in tabernaculo dei. offerre que possim. nec opes alterius. alioy pauptate fedari. Quod ut auderem. origenis me studium prouocauit; qui editionū antique translationē theodotionis miscuit. asterisco et obelo. idest stella et ueru omne opus distinguens: dum aut illucescere facit que minus ante fuerant. aut superflua queq; ugulat et confodit. ut maxime que euangelistarum et apostoloy auctoritas pmulgauit. In quibz multa de ueteri testamto legimus. que in nris codicibz non habentur: ut est illud. ex egypto uocaui filium meum. et qm nazareus uocabitur. et uidebunt in quē compunxerunt. et flumina de uentre eius fluent aque uiue. et que nec oculus uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit que pparauit deus diligentibus se: et multa alia que propriū sintagma

deliderant. Interrogemus ergo eos ubi hec scripta sunt. Et cū dicere non potuerint: de libris hebraicis proferamus. Primū testimonium est in osee. secundū in ysaia. tertiū in zacharia. quartum in proūbijs: quintum eque in ysaia. Q̄d multi ignorantes. apocriforum deliramenta sectantur: et habeas nenias. libris autenticis preferunt. Causas erroris: non est meum exponere. Judei. prudenti factum esse dicunt consilio: ne ptolomeus unus dei cultor. etiam apud hebreos duplicē diuinitatem comp̄henderet. Q̄d̄ maxime idcirco faciebant: quia ī platonis dogma cadere uidebatur. Denique ubicumq; sacratum aliq̄d scriptura testatur de patre et filio et spiritu sancto; aut aliter interp̄tati sunt. aut omnino tacuerunt: ut et regi satisfacerent. et archanū fidei non uulgarent. Et nescio q̄s primus auctor septuaginta cellulas alexandrie. mendacio suo extruxerit; quib; diuisi eadem scripturarint: cum aristeus eiusdem ptolomei. ypercapistes. et non multo post tempore ioseph̄us. nichil tale retulerint: sed in una basilica congregatos contulisse scribant. non propheta sse. Aliud est enī uatem: aliud esse interp̄tem. Ibi spiritus uentura predicit: hic eruditio et uborum copia ea que ī telligit tribuit. Nisi forte putandus est tullius. economicum xenofontis. et platonis pictagoram. et demosthenis prothelifontē. afflatus tethorico spiritu transtulisse: aut aliter de eisdem libris p septuaginta interp̄tes. aliter p apostolos. spiritus scūs testimonia texuit; ut quod illi tacuerunt. hij scriptum esse meminisse. Quid igitur? Damnamus ueteres? Minime. Sed post priorū studia: in domo domini q̄d possumus laboramus. Illi interp̄tati sūt ante aduentum xp̄i: et q̄d nescierant dubijs protulere sententijs. Nos post passionem et resurrectionem eius: non tam prophetam quam historiam scribimus. Aliter enim audita: aliter uisa narrant. Quod melius intelligimus: melius et proferimus. Audi igitur emule: obtrectator ausculta. Nō damno. non reprehendo septuaginta: sed confidenter cunctis illis apostolos prefero. Per istorum os. xp̄c michi sonat; quos ante propheras inter spiritalia carismata positos lego: in quib; ultimū pene gradum interpretes tenent. Quid liuore torqueris? Quid imperitor animos contra me concitas? Si ubi ī traslatione tibi uideor errare; interroga hebreos: duūsarum urbium magistros consule. Quod illi habent de xp̄o: tui codices nō habent. Aliud est si contra se postea ab apostolis usurpata testimonia probauerunt: et emendatiora sunt exemplaria latina quam greca. greca quam hebrea. Verum. hec contra inuidos. Nunc te deprecor deliderii

karissime; ut quia me tanti operis
iubere fecisti. et a geneli exordium
capere. orationibz tuis quo possim
eodem spiritu quo scripti sunt libri
in latinum eos transferre sermonē.
Explicit prologus. ~ ~ ~ ~ ~ ~

LATOMUS-
BIBLIOTECA
BRUXELLES



n prīcipio creauit deus celū et terram.

Incipit liber geneſis.

Terra autem erat inanis et uacua; et tenebre ſuper faciem abyſſi: et ſpiritus dei ferebatur ſup aquas. Dixitq; deus. Fiat lux. Et facta eſt lux. Et uidit deus lucem quod eſſet bona: et diuiſit lucem a tenebris. Appellauitq; lucem diem: et tenebras noctem. Factumq; eſt uelpere et mane: dies unus. Dixit quoq; deus. Fiat firmamentū in medio aquarum: et diuidat aquas ab aq̄s. Et fecit deus firmamentum: diuiſitq; aquas que erant ſub firmamento. ab hijs que erant ſuper firmamentū. Et factum eſt ita. Vocauitq; deus firmamentum celum. Et factum eſt uelpere et mane: dies ſecundus. Dixit uero deus. Congregentur aque que ſub celo ſunt in locum unū: et appareat arida. Factū eſt ita. Et uocauit deus aridam terram: congregationes q̄ aquarū appellauit maria. Et uidit deus q̄ eſſet bonum. Et ait. Germinet terra herbam uirentem et facientē ſemen. et lignum pomiferū faciens fructū iuxta genus ſuum: cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſup terram. Et factū eſt ita. Et protulit terra herbam uirentem. et afferentem ſemen iuxta genus ſuum: lignumq; faciēs fructum. et habens unūquodq; ſementē ſecūm ſpeciem ſuam. Et uidit deus quod eſſet bonū. Factumq; eſt uelpere et mane: dies tertius. Dixit quoq; deus. Fiant luminaria in firmamēto celi: et diuidāt diem ac noctem.

et sint in signa et tempora et dies
et annos: et luceant in firmamento ce
li et illuminent terram. Et factum
est ita. Fecitq; deus duo magna lu
minaria; luminare maius ut pre
esset diei: et luminare minus ut p̃
ẽet nocti. Et stellas. Et posuit eas i
firmamento celi; ut lucerent super
terram et p̃essent diei ac nocti: et
diuiderent lucem ac tenebras. Et
uidit deus quod esset bonũ. Et fac
tum est uespere et mane dies quar
tus. Dixit etiam deus. Producant
aque reptile anime uuentis et uo
latile sup terram: sub firmamento
celi. Creauitq; deus cete grandia et
omnẽ animã uiuentem atq; mota
bilem quam produxerant aque in
species suas: et omne uolatile secũ
dum genus suũ. Et uidit deus qd̃
esset bonum: benedixitq; eis dicens.
Crescite et multiplicamini et reple
te aquas maris: auesq; multipli
centur sup terram. Et factum est
uespere et mane: dies quintus. Dix
it quoq; deus. Producat terra ani
mã uiuentem in genere suo: iumẽta
et reptilia et bestias terre secundũ
species suas. Factumq; est ita. Et
fecit deus bestias terre iuxta species
suas: et iumenta et omne reptile
terre in genere suo. Et uidit deus
quod esset bonum. Et ait. Facia
mus hominẽ ad ymaginem et si
militudinẽ nr̃am: et p̃sit piscib;
maris et uolatilib; celi et bestiis.
uniuersq; terre omniq; reptili qd̃
mouetur in terra. Et creauit deus
hominẽ ad ymaginẽ et similitudi
nẽ suam; ad ymaginem dei creauit
illum: masculũ et femĩam creauit
eos. Benedixitq; illis dns: et ait.
Crescite et multiplicamini et reple
te terram et subiicite eam: et domi
namini piscib; maris et uolatilib;
celi et uniuersis animantibus que
mouentur sup terram. Dixitq; dns.
Ecce dedi uobis omnẽ herbam affe
rentem semen sup terram; et uniu
sa ligna que habent in semetipis
sementem generis sui: ut sint uo
bis in escam et cunctis animanti
bus terre omniq; uolucri celi et uni
uersis que mouentur in terra et in
quib; est anima uiuens ut habeãt
ad uescendum. Et factum est ita.
Uidit deus cuncta que fecerat:
et erant ualde bona. Et factum est
uespere et mane: dies sextus. 7.

Perfecti sunt celi et terra: et
omnis ornatus eor̃. Compleuitq;
deus die septimo opus suum qd̃ fe
cerat: et requieuit die septimo ab
uniuerso opere quod patrarat. Et
benedixit diei septimo et sanctifi
cauit illum: quia in ipo cessauit
ab omni opere suo quod creauit
deus ut faceret. Iste generationes
celi et terre quando create sũt: in
die quo fecit dns deus terram et
celum et omne uirgultũ agri ante
quam oriretur in terra. omnemq;
herbam regionis prius quam ger
minaret. Non enim pluerat dns
deus sup terram; et homo nõ erat
qui operaretur terram: sed fons

ascendebat e terra · irrigans uniu
sam superficiem terre. Formauit igi
tur dñs deus hominē de limo trē;
et inspirauit in faciem eius spiracu
lum uite: et factus est homo ī ani
mā uiuentem. Plantauerat autē
dñs deus paradisum uoluptatis
a principio: in quo posuit hominē
quem formauerat. Produxitq; do
minus ds de humo omne lignum
pulchrū uisu et ad uescendū suaue;
lignum etiā uite in medio paradisi:
lignūq; scientie boni et mali. Et
fluuius egrediebatur de loco uolup
tatis: ad irrigandum paradisum.
Qui inde diuidit: in ꝯtuor capi
ta. Nomen uni phison. Ipse est qui
circuit omnē terram euilath: ubi
nascitur aurum: et aurū terre illi⁹
optimū est. Ibiq; inueniur bdelliū
et lapis onichinus. Et nomen flu
uio secundo geon. Ipse est qui circu
it omnē terram ethiopie. Nom uero
fluminis tertii: tygris. Ipse uadit
contra assyrios. Fluuius aūt quar
tus: ipse est eufrates. Tulit ergo do
minus ds hominē: et posuit eum in
paradiso uoluptatis: ut operaretur
et custodiret illum. Precepitq; ei di
cens. Ex omni ligno paradisi come
de: de ligno autem scientie boni et
mali ne comedas. In quacumq; enī
die comederis ex eo: morte morieris.
Dixit quoq; dñs deus. Non est bo
nū hominē esse solum: faciamus
ei adiutoriū simile sibi. Formatis
igitur dñs deus de humo cunctis
animantibus terre: et uniuersis uola
tilibus celi: adduxit ea ad adam: ut
uideret quid uocaret ea. Omne enī
quod uocauit adam anime uiuentis:
ipm est nomen eius. Appellauitq;
adam nominibus suis cuncta animā
tia: et uniuersa uolatilia celi: et om
nes bestias terre. Ade uero non inue
niebatur adiutor similis eius. Im
misit ergo dñs deus soporem in a
dam. Cumq; obdormisset; tulit unā
de costis eius: et repleuit carnē pro
ea. Et edificauit dñs ds costam quā
tulerat de adam: in mulierem: & ad
duxit eam ad adam. Dixitq; adam.
Hoc nunc os ex ossibus meis: et caro
de carne mea. Hec uocabitur uirā
go: quoniam de uiro sumpta est. Quāob
rem relinquet homo patrem suū et
matrem; et adherebit uxori sue:
et erunt duo in carne una. Erat
autem uterq; nudus. adam scilicet
et uxor eius: et non erubescebant.

Sed et serpens erat III
callidior cunctis animantibus
terre: que fecerat dñs deus. Qui
dixit ad mulierem. Cur precepit
uobis deus: ut non comederetis ex
omni ligno paradisi? Cui respodit
mulier. De fructu lignoꝝ que sunt
in paradiso uescimur; de fructu uo
lignī quod est in medio paradisi: p
cepit nobis deus ne comederemus.
et ne tangeremus illud: ne forte
moriamur. Dixit autē serpens ad
mulierem. Nequaquā morte mori
mini. Scit enī deus. qđ in quocūq;
die comederitis ex eo. aperientur ocu
li uri: et eritis sicut dii. scientes

bonū et malum. Vidit igitur mulier quod bonū esset lignum ad uescendum et pulchrū oculis. aspectuq; delectabile; et tulit de fructu illius et comedit: dedit q; uiro suo. Qui comedit. Et aperta sunt oculi amboꝝ. Cumq; cognouissent se esse nudos; consuerunt folia ficus: et fecerunt sibi pzomata. Et cum audissent uocem dñi dei deambulantis ī paradiso ad auram post meridiem: abscondit se adam et uxor eius a facie dñi dei. in medio ligni paradisi. Vocauitq; dñs d̄s adam: et dixit ei. Vbi es? Qui ait. Vocem tuam audiui in paradiso; et timui eo qđ nudus essem: et abscondi me. Cui dixit deus. Quis enī indicauit tibi quod nudus eſ̄es: nisi qđ ex ligno de quo p̄ceperam tibi ne comederes comedisti? Dixitq; adam. Mulier quam dedisti mihi sociam; dedit mihi de ligno: et comedi. Et dixit dñs deus ad mulierem. Quare hoc fecisti? Que respondit. Serpens decepit me: et comedi. Et ait dñs d̄s: ad serpentē. Quia fecisti hoc: maledictus es inter omnia animantia et bestias terre. Super pectus tuū gradieris: et terrā comedes cūctis diebz uite tue. Inimicitias ponam inter te et mulierem: et semen tuū et semen illius. Ipsa conteret caput tuū: et tu insidiaberis calcaneo eī. Mulieri quoq; dixit. Multiplicabo erumpnas tuas: et conceptus tuos. In dolore paries filios; et sub uiri potestate eris: et ipse dominabitur tui. Ade uero dixit. Quia audisti uocem uxoris tue. et comedisti de ligno ex quo p̄ceperam tibi ne comederes: maledicta terra in opere tuo. In laboribz comedes ex ea: cunctis diebus uite tue. Spinas et tribulos germinabit tibi: et comedes herbas terre. In sudore uultus tui uesceris pane tuo; donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia pulus es. et in puluerē reuerteris. Et uocauit adam nomen uxoris sue euam: eo qđ mater esset cunctoꝝ uiuentū. Fecit quoq; dñs d̄s ade et uxori eius tunicas pelliceas: et induit eos. Et ait. Ecce adam factus est quasi unus ex nobis: sciens bonum et malū. Nunc ergo uidere ne forte mittat manū suam: et sumat etiam de ligno uite et comedat: et uiuat interni. Emisit eum dñs deus de paradiso uoluptatis: ut operaretur terrā de qua sumptus ē. Eiecit q; adam: et collocauit ante paradisum uoluptatis. cherubin. et flammeū gladium atq; ūsatilem. ad custodiendā uiam ligni uite.

Adam uero cognouit IIII
euam uxorem suam. Que cōcepit: et peperit cayn dicēs. Possedi hominē p deum. Rursumq; peperit frēm eius abel. Fuit autem abel pastor ouiū: et cayn agricola. Factum est autē post multos dies: ut offerret cayn de fructibz terre munera dño. Abel quoq; obtulit de pmogenitis gregis sui: et de adipibz eoꝝ. Et respexit

dñs ad abel. et ad munera eius:
ad cayn uero et ad munera illius
non respexit. Iratus q; est cayn ue
hementer: et concidit uultus ei.
Dixit q; dñs ad eum. Quare ira
tus es: Et cur concidit facies tua:
Nonne si bene egeris recipies: Si
autem male: statim in foribz pec
catum aderit. Sed sub te erit ap
petitus eius: et tu dominaberis
illius. Dixitq; cayn ad abel frem
suū. Egrediamur foras. Cumq;
essent in agro: consurrexit cayn ad
uersus abel frem suum: et interfe
cit eum. Et ait dñs ad cayn. Ubi
est abel frater tuus: Qui respon
dit. Nescio. Nunquid custos frīs
mei sum: Dixit q; ad eum. Quid
fecisti: Vox sanguinis fratris tui
clamat ad me de terra. Nunc igi
tur maledictus eris super terram:
que aperuit os suum. et suscepit
sanguinē fratris tui de manu tua.
Cum operatus fueris eam: non
dabit tibi fructus suos. Vagus
et profugus eris sup terrā. Dixit
q; cayn ad dñm. Maior est iniqui
tas mea: quā ut ueniam mereat.
Ecce eicis me hodie a facie terre: et
a facie tua abscondar: et ero va
gus et profugus in tra. Omnis
igitur qui inuenerit me: occidet
me. Dixit q; ei dñs. Nequaquam
ita fiet: sed omnis qui occiderit
cayn. septuplū punietur. Posuit q;
dñs signū in cayn: ut non eum
interficeret omnis qui inuenisset
eum. Egressus q; cayn a facie do
mini: habitauit in terra profug.
ad orientalem plagam eden. Cog
nouit autē cayn uxorem suā. Que
concepit: et peperit enoch. Et edi
ficauit ciuitatem: uocauit q; no
men eius ex nomine filii sui enoch.
Porro enoch genuit irad. et irad
genuit mauiael. et mauiael genu
it matusael. et matusael genuit
lamech. Qui accepit uxores duas.
Nomen uni ada: et nomen alteri
sella. Genuit q; ada iabel: qui fuit
pater habitantiū in tentoriis atq;
pastoz. Et nomen frīs eius iubal.
ipse fuit pater canentiū in cythara
et organo. Sella quoq; genuit tu
balcayn: qui fuit malleator et fa
ber in cuncta opera eris et ferri.
Soror uero tubalcayn: noemā.
Dixitq; lamech uxoribz suis: ade
et selle. Audite uocem meā uxores
lamech. auscultate sermonē meū;
qm occidi uirum in uulnus meū:
et adolescentulū in liuorem meū.
Septuplū ultio dabitur de cayn:
de lamech uero septuagies septies.
Cognouit quoq; adhuc adam uxo
rem suam; et peperit filium: uoca
uitq; nomen eius seth. dicens. Po
suit mihi dñs semen aliud p abel:
quē occidit cayn. Sed et seth natus
est filius: quē uocauit enos. Iste
cepit inuocare nomen dñi.

Hic est liber generationis adam:
In die qua creauit ds hoīem.
Ad similitudinē dei fecit illum:
masculū et feminā creauit eos: Et
benedixit illis; et uocauit nomen

eorum adam: in die qua creati sũt.
Vixit autẽ adam centum triginta annis: et genuit ad similitudinẽ et ymaginem suam: uocauitq; nomen eius seth. Et facti sunt dies adam postquã genuit seth. octingentis anni: genuitq; filios ⁊ filias. Et factũ est omne tempus quod uixit adam. anni nongenti triginta: et mortuus est. Vixit quoq; seth centum quinq; annis: et genuit enos. Vixitq; seth postquam genuit enos. octingentis septem annis: genuitq; filios et filias. Et facti sunt omnes dies seth. nongentoꝝ duodecim annoꝝ: et mortuus est. Vixit uero enos nonaginta annis: et genuit caynan. Post cuius ortũ uixit octingentis quindecim annis: et genuit filios et filias. Factiq; sũt omnes dies enos. nongentorum quinq; annoꝝ: et mortuus ẽ. Vixit quoq; caynan septuaginta annis: et genuit malalehel. Et uixit caynan postquã genuit malalehel octingentis quadraginta annis: genuitq; filios et filias. Et facti sunt omnes dies caynan. nõgenti decem anni: et mortuus ẽ. Vixit autẽ malalehel sexaginta quinq; annis: et genuit iared. Et uixit malalehel postquam genuit iared. octingentis triginta annis: et genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies malalehel. octingenti nonaginta quinq; anni: et mortuus est. Vixitq; iared centum sexaginta duobꝫ annis: ⁊ genuit enoch. Et uixit iared postquã genuit enoch. octingentis annis: et genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies iared. nongenti sexaginta duo ãni: et mortuus est. Porro enoch uixit sexaginta quinq; annis: et genuit matusalem. Et ambulauit enoch cum deo. Et uixit enoch postquam genuit matusalem trecentis annis: et genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies enoch: trecenti sexaginta quinq; anni. Ambulauitq; cum deo: et nõ apparuit. qa tulit eum deus. Vixit quoq; matusalem centum octoginta septẽ annis: et genuit lamech. Et uixit matusalem postquam genuit lamech. septingentis octoginta duobus annis: et genuit filios ⁊ filias. Et facti sunt omnes dies matusalem. nongenti sexaginta nouem anni: et mortuus est. Vixit autẽ lamech centum octoginta duobꝫ annis: et genuit filium. Vocauitq; eum noe: dicens. Iste consolabitur nos ab operibꝫ et laboribꝫ manuũ nr̃arꝝ: in terra cui maledixit dñs. Vixitq; lamech postquã genuit noe quingentis nonaginta quinq; annis: et genuit filios ⁊ filias. Et facti sunt omnes dies lamech. septingenti septuaginta septem anni: et mortuus est. Noe uero cũ quingentoꝝ ẽet annoꝝ: genuit sem. cham. et iaphet. VI

Cumq; cepissent hõies multiplicari sup terram. et filias procreassent: uidentes filij dei

Dñra in 6ª

filias hominū quod ēent pulchre:
acceperunt uxores sibi ex omnib⁹
quas elegerant. Dixit q⁹ dñs. Non
ꝑmanebit spūs mꝰ in homine
in eternū: quia caro est. Erunt q⁹
dies illius: centum uiginti annor⁹
Gigantes autem erant sup terrā:
in diebꝫ illis. Postquā enī ingressi
sunt filij dei ad filias hominū: ille
q⁹ genuerunt: isti sunt potentes a
seculo: uiri famosissimi. Videns au
tem deus qđ multa malicia homi
nū esset in terra: et cuncta cogita
tio cordis intenta esset ad malum
omni tempore: penituit eū quod
hoīem fecisset in terra. Et ꝑcauens
in futurū: et tactus dolore cordis
intrinsecus. delebo inquit hominē
quem creaui a facie terre: ab ho
mine usq⁹ ad animantia: a rēptili
usq⁹ ad uolucres celi. Penitet enim
me fecisse eos. Noe uero inuenit gra
tiam coram dño. Hec sunt genera
tiones noe. Noe uir iustus atq⁹ ꝑ
fectus fuit: in generationib⁹ suis.
Cum deo ambulauit: et genuit
tres filios. sem. cham. et iaphet.
Corrupta est autem terra coram
deo: et repleta est iniquitate. Cūq⁹
uidisset deus terrā esse corruptam.
omnis quippe caro corruperat uiam
suam sup terrā: dixit ad noe.
Finis uniuerse carnis uenit coram
me. Repleta est terra iniquitate a
facie eor⁹: et ego disp̄dam eos cū
terra. Fac tibi archam de lignis
leuigatis. Mansiunculas in archa
facies: et bitumine linies intrinse
cus et extrinsecus: et sic facies eam.
Trecentor⁹ cubitor⁹ erit longitudo
arche: quinquaginta cubitor⁹ latitu
do: et triginta cubitor⁹ altitudo il
lius. Fenestrā in archa facies: et
in cubito consummabis sūmitatem
eius. Ostium autē arche: ponesꝫ
in latere deorsum. Cenacula et tri
stega facies in ea. Ecce ego adducā
diluuiū aquas sup terram: et mēfi
ciam omnē carnem in qua spūs
uite est subter celum: et uniuersa
que in terra sunt consumentur. Po
nam q⁹ fedus meū tecum: et ingre
dieris archam tu et filij tui. uxor
tua et uxores filiorū tuorū tecum.
Et ex cunctis animantib⁹ uniuſe
carnis bina induces in archam. ut
uiuant tecum: masculus sexus et
femininus. De uolucrib⁹ iuxta ge
nus suū. et de iumentis in genere
suo. et ex omni rēptili terre secūm
genus suū. bina de omnib⁹ ingre
dientur tecū: ut possint uiuere. Tol
les igitur tecum ex omnibus escis
que manducari possunt. et cōportabis
apud te: et erunt tam tibi quam
illis in cibum. Fecit ergo noe oīa
que ꝑcepit illi deus. VII

Dixit q⁹ dñs ad eum. Ingredere
tu et omnis domus tua in
archam. Te enī iustū uidi coram
me: in generatione hac. Ex omnib⁹
animantib⁹ mūdis tolles septena
et septena. masculū et femināe. De
animantib⁹ uero īmundis duo
duo. masculū et femināe. Sed et
de uolatilib⁹ celi septena et septena

masculū et femīnā: ut saluent se
men sup faciem unūsle terre. Ad
huc enim et post dies septem ego
pluam sup terram quadraginta
diebz et quadraginta noctibz: et
delebo omnē substantiā quā feci
de supficie terre. Fecit ergo noe oīa
que mandauerat ei dñs. Cratq; sex
centoz annoz: quando diluuij aq
inundauerunt sup terram. Et in
gressus est noe et filij eius. uxoz ei⁹
et uxores filioꝝ eius cum eo in
archam: ꝓpter aquas diluuij. De
animantibz quoq; mūdis et īmun
dis. et de uolucribz et ex omni qđ
mouetur sup terram duo et duo ī
gressa sunt ad noe in archam. mas
culus et femina: sicut preceperat
dñs noe. Cumq; transissent septē
dies: aque diluuij inundauerūt sup
terram. Anno sexcentesimo uite
noe. mense secundo. decimo septimo
die mensis. rupti sunt oēs fontes
abyssi magne. et catharacte celi ap
te sunt: et facta est pluuia sup ter
ram quadraginta diebz et quadra
ginta noctibz. In articulo diei illi⁹
ingressus est noe. et sem. et cham.
et iaphet filij eius. uxoz illius et
tres uxores filioꝝ eius cum eis
in archam; ipi et omne animal
secūm genus suū. unūsla q; uūcta
in genere suo. et omne quod moue
tur sup terram in genere suo. cun
ctumq; uolatile secundum genus
suū. Unūsle aues omnes q; uolu
cres ingresse sunt ad noe ī archam.
bina et bina: ex omni carne ī qua
erat spīritus uite. Et que ingressa
sunt. masculus et femina ex omni
carne introierunt sicut ꝑceperat ei
deus. Et inclusit eum dñs deforis.
Factum q; est diluuiū quadragin
ta diebz sup terram: et multiplica
te sunt aque. et eleuauerūt archam
in sublime a terra. Vehemēter in
undauerunt: et omnia repleuerūt
in supficie terre. Porro archa fere
batur sup aquas: et aque ꝑualue
runt nimis sup terram. Operti q;
sunt omnes montes excelsi: sub u
niuerso celo. Quindecim cubitis al
tior fuit aqua: sup montes quos
operuerat. Consumpta q; est om
nis caro que mouebatur sup terrā:
uolucrū. animantiū. bestiaz. om
niūq; reptiliū que reptant super
terram. Uniuersi homines et cūcta
in quibz spiraculū uite est in terra:
mortua sunt. Et deleuit omnem
substantiā que erat sup terrā ab
homine usq; ad pecus. tam reptile
quā uolucres celi: et deleta sunt
de terra. Remansit autem solus
noe et que cum eo erant ī archa.
Obtinuerunt q; aque diluuiū ter
ram: centum quinquaginta diebz.

VIII

Recordatus est autē
deus noe cunctoz q; animan
tium. et omniū iumentoz que e
rant cum eo in archa: et adduxit
spīm sup terram: et īminute sunt
aque. et clausi sunt fontes abyssi.
et catharacte celi: et pluuie sunt
prohibite de celo. Reuerse q; sunt aque
de terra. euntes et redeuntes: et

ceperunt minui: post centum qñ
quaginta dies. Requieuit q̄ archa
mense septimo uicesima septima die
mensis: sup montes armenie. At
uero aque ibant et decrescebant:
usq̄ ad decimū mensem. Decimo
enī mense p̄ma die mensis: appa
ruerunt cacumina montiū. Cūq̄
transissent quadraginta dies: ape
riens noe fenestram arche quā fece
rat. emisit coruū. Qui egrediebat:
et non reuertebatur donec siccaren
tur aque sup terrā. Emisit quoq̄
columbā post eum: ut uideret si
iam cessassent aque sup faciem
terre. Que cū non inuenisset ubi
requiesceret pes eius: reuersa est ad
eum in archam. Aque enim erant
sup uniuersam terram. Extenditq̄
manū: et apprehensam intulit in
archam. Expectatis autē ultra
septem diebus alys: rursum dimi
sit columbā ex archa. At illa uenit
ad eum ad uesperam: portans ramū
oliue uirentibus foliis in ore suo. In
tellexit ergo noe: quod cessassent
aque sup terrā. Expectauit q̄ nichilominus septem alios dies: et
emisit columbā. Que nō est reuersa
ultra ad eum. Igitur sexcentesimo
p̄mo anno p̄mo mense. p̄ma die
mensis: iminute sunt aque super
terrā. Et aperiens noe rectum ar
che. aspexit: uidit q̄ siccata
esset superficies terre. Mense secundo
septima et uicesima die mensis:
arefacta est terra. Locutus ē autē
deus ad noe: dicens. Egredere de
archa tu et uxor tua: filij tui et uxo
res filiorū tuorū tecum. Cuncta q̄ a
numantia que sunt apud te ex oī
carne. tam in uolatilibus quam in
bestiis et uniuersis reptilibus que
reptant sup terram. educ tecum: et
ingrediuntur sup terram. Crescite et
multiplicamini sup eam. Egressus
est ergo noe et filij eius: uxor illius
et uxores filiorū eius cum eo. Sed
et oīa animantia. iumenta et
reptilia que reptant super terram.
secūm genus suū: egressa sunt de
archa. Edificauit autem noe altare dño: et tollens de cunctis pecoribus et uolucribus mundis. obtulit
holocausta sup altare. Odoratus
q̄ est dñs odorem suauitatis. Et
ait ad eum. Nequaq̄m ultra male
dicam terre propter homines. Sensus
enī et cogitatio humani cordis: in
malū prona sūt ab adolescentia sua.
Non igitur ultra percutiam omnem
aīam uiuentē: sicut feci. Cunctis
diebus terre: sementis et messis. frigus et estus. estas et hiemps. nox et
dies non requiescent. IX

Benedixitq̄ deus noe et filijs
eius: et dixit ad eos. Crescite
et multiplicamini et replete terrā:
et terror uester ac tremor sit sup cuncta animalia terre. et super oēs
uolucres celi: cum uniuersis que
mouentur in terra. Omnes pisces
maris manu uestre tradite sunt: et
omne q̄d mouetur et uiuit. erit
nobis in cibum. Quasi olera uirentia tradidi uobis omnia: excepto

quod carnem cū sanguine non co
medetis. Sanguinē enī animay
uāy: requiram de manu cunctay
bestiay. et de manu hominis. De
manu uiri et frīs eius: requiram
aīam hominis. Quicumq; effude
rit sanguinē humanū: fundetur
sanguis illius. Ad ymaginē quip
pe dei: factus est homo. Vos autē
crescite et multiplicamini: et īgre
dimini sup terram. et implete eā.
Hec quoq; dixit deus ad noe: & ad
filios eius cum eo. Ecce ego statuā
pactum meū uobiscum: et cū semi
ne uīo post uos: et ad omnē aīam
uiuentem que est uobiscum. tam
in uolucribz quam in iumentis et
pecudibz terre. cunctis que egressa
sunt de archa. et uniuersis bestiis
terre. Statuam pactum meū uo
biscum; et nequaquā ultra interfi
cietur omnis caro aquis diluuij:
neq; erit deinceps diluuiū dissi
pans terrā. Dixit q; deus. Hoc est
signū federis quod do inter me et
uos. et ad omnē aīam uiuentem
que est uobiscum: in generationes
sempiternas. Arcum meū ponam
in nubibz: et erit signū federis inē
me et inter terrā. Cumq; obduxero
nubibz celum. apparebit arcus mē
in nubibus; et recordabor federis
mei uobiscū. et cum omni anima
uiuente que carnē uegetat: et non
erunt ultra aque diluuij ad delen
dam uniuersam carnē. Erit q; arcus
meus ī nubibus; et uidebo illum.
et recordabor federis sempiterni:
qđ pactum est inter deum et inter
omnē aīam uiuentē uniūse carnis
que est sup terrā. Dixit q; deus ad
noe. Hoc erit signum federis: quod
constituo inter me et omnē carnem
sup terrā. Erant igitur filij noe q̄
egressi sunt de archa: sem. cham. & ia
pheth. Porro. cham ipse est pater
chanaan. Tres isti sunt filij noe:
et ab his disseminatum est omne
hominū genus sup uniūsam terrā.
Cepit q; noe uir agricola exercere
terram: et plantauit uineam. Bi
bensq; uinū. inebriatus est: & nu
datus in tabernaculo suo. Quod
cum uidisset cham pat chanaan
uerenda patris sui esse nudata:
nunciauit duobz frībz suis foris.
At uero sem et iapheth palliū im
posuerunt humeris suis: et incē
dentes retrorsum. operuerūt uereñ
da patris sui. Facies q; eoz aūse
erant: et patris uerēda non uide
runt. Cuglans autem noe ex
uno. cum didicisset que fecat et
filius suus minor: ait. Maledict9
chanaan: seruus seruoz erit frībz
suis. Dixit q;. Benedictus dñs d's
seruī meī abraham. Itaq; edifica
uit ibi altare: et inuocato nōie do
mini. extendit tabernaculū. Prece
pitq; seruis suis: ut foderent pu
teum. Ad quē locum cū uenissent
de geraris abimelech et ochozat
amicus illius. et phicol dux mili
tum: locutus est eis ysaac. Qđ
uenistis ad me. hoīem quē odistis
et expulistis a uobis? Qui respō
derunt. Uidimus tecum ee dō
minū: et ideirco nūc diximus.
Sit iuramentū inter nos. et ineā
mus fedus; ut nō facias nobis
quicquā mali. sicut et nos nichil
tuoꝝ attigimus. nec fecimus qđ
te lederet: sed cū pace dimisim
auctum benedictione dnī. Fecit
ergo eis conuiuiū. Et post cibū
et potum surgentes mane: iura
uerunt sibi mutuo. Dimisitq; eos

Z1

ysaac pacifice: in locū suū. Ecce
autē uenerunt in ipso die seruī
ysaac. annūciantes ei de puteo
quē foderant: atq; dicentes. In
uenimus aquā. Vnde appellauit
eū habundantiā: et nomen urbi
impositū est berſabee. usq; in pre
sentē diem. Esau uero quadrage
narius duxit uxores. iudith filiā
beeri ethei. et basemath filiam
elon eiusdem loci: que ambe of
fenderant animū ysaac ⁊ rebecce.

Senuit aūt ysaac: XXVII
et caligauerūt oculi eius. et
uidere nō poterat. Vocauit q; e
sau filiū maiorem: et dixit ad eū.
Fili mi. Qui respondit. Adsū. Cui
pater. Vides inquit qd' senuerim:
et ignorem diem mortis mee. Su
me arma tua pharetrā ⁊ arcum:
et egredere foras. Cūq; uenatu
aliquid apphenderis. fac michi
inde pulmentū sicut uelle me no
sti: et affer ut comedam: et bene
dicat tibi anima mea ante quā
moriar. Quod cum audisset re
becca. et ille abiisset in agrum ut
uenationē patris impleret: dixit fi
lio suo iacob. Audiui patrē tuū
loquentē cum esau fratre tuo: et
dicentē ei. Affer michi de uenati
one tua. et fac cibos ut comedā:
et benedicam tibi coram dño an
te quā moriar. Nūc ergo fili mi
acquiesce consiliis meis: ⁊ pgens
ad gregem affer michi duos edos
optimos. ut faciam ex eis escas
patri tuo: quibus libenter uescatur.
Quas cū intuleris et comederit:
benedicat tibi prius quā mo
riatur. Cui ille respondit. Nosti qd'
esau frater meus homo pilosus
sit: et ego lenis. Si attrectauerit
me pater meus et senserit: timeo
ne putet sibi me uoluisse illudere:
et inducat sup me maledictionē
pro benedictione. Ad quē mater.
In me sit aut ista maledictio fili
mi: tantū audi uocem meam. et
pergens affer que dixi. Abiit et
attulit: dedit q; matri. Parauit
illa cibos sicut nouerat uelle pa
trem illius: et uestibus esau ualde
bonis quas apud se habebat do
mi. induit eum. Pelliculas q; he
doy circumdedit manibus: et collū
nuda protexit. Dedit q; pulmen
tū: et panes quos coxerat tradi
dit. Quibus illatis: dixit. Pater
mi. At ille respondit. Audio. Q's
es fili mi? Dixit q; iacob. Ego sū
esau p̄mogenitus tuus: feci sicut
p̄cepisti michi. Surge. sede. et co
mede de uenatione mea: ut bene
dicat michi anima tua. Rursum
ysaac ad filiū suū. Quom̄ inq;
tam cito inuenire potuisti fili mi?
Qui respondit. Voluntas dei fuit:
ut cito michi occurreret qd' uole
bam. Dixit q; ysaac. Accede huc
ut tangam te fili mi: et probem
utrum tu sis filius mus esau. an
non. Accessit ille ad patrē: et pal
pato eo dixit ysaac. Vox quidē
uox iacob est: sed manus manus
sunt esau. Et nō cognouit eum:

quia pilose manus similitudinē
maioris expresserant. Benedicens
ergo illi: ait. Tu es filius meus e
sau? Respondit. Ego sum. Et ille.
Affer inquit michi cibos de uena
tione tua fili mi: ut benedicat tibi
anima mea. Quos cū oblatos co
medisset: obtulit etiā unū. Quo
hausto: dixit ad eū. Accede ad me:
et da michi osculū fili mi. Accessit:
et osculatus est eum. Statimq; ut
sensit uestimentoꝝ illius fragran
tiam: benedicens ait. Ecce odor fily
mei: sicut odor agri cui benedixit
dñs. Det tibi deus de rore celi. et
de pinguedine terre. habundantiā
frumenti. uini. et olei. et seruiant
tibi popli. et adorent te tribꝫ. Esto
dñs fratrū tuoꝝ: et incuruentur an
te filij matris tue. Qui maledixe
rit tibi sit ille maledictus: et qui
benedixerit tibi benedictionibꝫ reple
atur. Dixit ysaac sermonē impleue
rat: et egresso iacob foras. uenit
esau. Coctos q; de uenatione cibos:
intulit patri dicens. Surge pater
mi. et comede de uenatione filij tui:
et benedicat michi aīa tua. Dixit
q; illi ysaac. Quis enī es tu? Ille
respondit. Ego sum filius tuus p
mogenitus esau. Expauit ysaac
stupore uehemēti: et ultra quā
credi potest admirans ait. Quis
igitur est ille qui dudū captam
uenationē attulit michi: et come
di ex omnibꝫ prius quā tu ueniret:
Benedixi q; ei: et erit benedictus.
Audiens esau sermonibꝫ patris.
ululatu clamore magno: et con
sternatus ait. Benedic etiam et mi
pater mi. Qui ait. Venit germanꝰ
tuus fraudulenter: et accepit bene
dictionē tuam. At ille subiunxit.
Iuste uocatum est nomen eius iacob:
supplantauit enī me en altera uice.
Primogenita mea ante tulit: et
nūc secundo surripuit benedictio
nē meam. Rursūq; ad patrē. Num
quid nō reseruasti aut et michi bē
dictionē? Respondit ysaac. Dñm
tuū illum constitui: et omnes frēs
eius seruituti illius subiugaui. Fru
mento et uino: stabiliui eum. Et
tibi fili mi posthec ultra quid faci
am? Cui esau. Num unam tantū
inquit bñdictionem habes pater?
Michi quoq; obsecro ut bñdicas.
Cumq; eiulatu magno fleret: mo
tus ysaac dixit ad eum. In pingue
dine terre et in rore celi desuper: erit
benedictio tua. Vives in gladio: et
fratri tuo seruies. Tempus q; ueni
et cum excutias et soluas iugum
eius de ceruicibꝫ tuis. Oderat ergo
semp esau iacob: pro bñdictione
qua benedixerat ei pater. Dixit q;
in corde suo. Veniet dies luctus
patris mei: et occidā iacob frēm
meū. Nunciata sunt hec rebecce.
Que mittens et uocans iacob fi
lium suū: dixit ad eum. Ecce esau
frater tuus: minatur ut occidat te.
Nunc ergo fili audi uocem meā:
et consurgens fuge ad laban fra
trem meum i aran. Habitabis q;
cum eo dies paucos: donec requi

escat furor frīs tui · et cesset indignatio eius: obliuiscaturq; eorum que fecisti in eum · Postea mittā: et adducam te inde huc · Cur uterq; orbabor filio in una die? Dixit quoq; rebecca ad ysaac · Tedet me uite mee: propter filias heth · Si acceperit iacob uxorem de stirpe huius terre: nolo uiuere.

XXVIII

Vocauit itaq; ysaac iacob et benedixit: precepitq; et dicens · Non accipere coniugem de genere chanaan: sed uade et proficiscere in mesopotamiā syrie ad domū bathuel · patris matris tue; et accipe tibi inde uxorem de filiabus laban auunculi tui · Deus autē omnipotens benedicat tibi · et crescere te faciat atq; multiplicet: ut sis in turbas populoꝝ; et det tibi benedictiones abrahām · et semini tuo post te: ut possideas terrā peregrinationis tue · quā pollicitus est auo tuo. Cumq; dimisisset eū ysaac: profectus puenit in mesopotamiā syrie · ad laban filiū bathuel syri · frēm rebecce matris sue · Videns autē esau quod benedixisset pater suus iacob · et misisset eū in mesopotamiā syrie ut inde uxorem duceret · et q̄ benedictionē p̄cepisset et dicēs · nō accipies coniugem de filiabus chanaan · q̄dq; obediens iacob patri tuo isset in syriam · probans q̄q; quod nō libenter aspiceret filias chanaan pater suus; uult ad hysmaelem: et duxit uxorem absq; his quas p̄us habebat · meleth filiam hysmael filij abrahā · sororē nabaioth · Igitur egressus iacob de berlabee: pgebat aran · Cumq; uenisset ad quendā locū · et uellet in eo requiescere post solis occubitum; tulit de lapidibus qui iacebant: et supponens capiti suo · dormiuit in eodem loco · Viditq; in somnis scalam stantem sup terrā · et cacumen eius tangens celum; et angelos quoq; dei ascendentes et descendentes p eam: et dominū innixum scale dicentē sibi · Ego sū dns deus abrahā patris tui: et ds ysaac · Terram in qua dormis tibi dabo · et semini tuo: eritq; semen tuū quasi pulus terre · Dilataberis ad orientem et occidentem · septentrionē et meridiem; et benedicentur in te et in semine tuo oēs tribus terre: et ero custos tuus q̄cumq; preieris · et reducam te in terrā hanc · nec dimittā nisi completero uniuersa que dixi · Cumq; euigilasset iacob de somno: ait · Vere dns est in loco isto: et ego nesciebam · Pauens q; · quā terribilis inquit est locus iste · Non est hic aliud nisi domus dei: et porta celi · Surgens ergo mane · tulit lapidem quē supposuerat capiti suo; et erexit in titulū fundens oleum desup · Appellauitq; nomen urbis bethel: quę p̄us luza uocabatur · Vouit etiā uotum dicens · Si fuerit ds mecū · et custodierit me in uia p quā ambulo · et dederit

mihi panes ad uescendū. et uestimentū ad induendū. reuersus q̄ fuero prospere ad domū patris mei: erit mihi dñs in dñm. et lapis iste quē erexi in titulū. uocabitur domus dei: cunctor q̄ que dederis mihi. decimas t hostias offeram tibi.

XXIX

Profectus ergo iacob: uenit in terrā orientalem. Et uidit puteum in agro: tres q̄ greges ouium accubantes iuxta eū. Nam ex illo adaquabantur pecora: et os eius grandi lapide claudebatur. Moris q̄ erat ut cunctis ouibz congregatis deuolueretur lapidem: t refectis gregibz. rursū sup os putei ponerent. Dixit q̄ ad pastores. Fres unde estis. Qui responderunt. De aran. Quos interrogans: nūquid aut nostis laban filiū nachor. Dixerūt. Nouimus. Sanus ne est inquit. Valet inq̄unt. Et ecce rachel filia ei uenit: cum grege suo. Dixit q̄ iacob. Adhuc multū diei superest: nec est adhuc tempus ut reducantur ad caulas greges. Date ante potum ouibz: et sic ad pastum eas reducite. Qui responderūt. Non possumus. donec omnia pecora congregentur: et amoueamus lapidem de ore putei: ut adaquemus greges. Adhuc loquebantur: et ecce rachel uenichat cū ouibz patris sui. Nam gregem ipa pascebat. Quā cum uidisset iacob et sciret consobrinā suā. oues q̄ laban auunculi sui: amouit lapidem quo puteus claudebatur. Et adaquato grege: osculatus est eam. Eleuataq̄ uoce fleuit. et indicauit ei qd̄ frater ēet patris eius: et filius rebecce. At illa festinans: nūciauit patri suo. Qui cū audisset uenisse iacob filiū sororis sue: cucurrit obuiam. Complexus q̄ est eū et osculatus: duxit in domū suam. Auditis autē causis itineris: respondit. Os meū es: et caro mea. Et postquā expleti sunt dies mensis unius: dixit ei. Num quia frater meus es. gratis seruies mihi. Dic quid mercedis accipias. Habebat uero duas filias. Nomē maioris lya: minor appellabatur rachel. Sed lya lippis erat oculis: rachel uero decora facie t uenusto aspectu. Quā diligens iacob: ait. Seruiam tibi pro rachel filia tua minore: septem annis. Respondit laban. Melius ē ut tibi eam dem: quā uiro alteri. Mane apud me. Seruiuit igitur iacob pro rachel septem annis: et uidebantur illi pauci dies p amoris magnitudine. Dixit q̄ ad laban. Da mihi uxorem meā: quia tempus ipletum est. ut ingrediar ad eā. Qui uocatis multis amicor turbis ad conuiuiū: fecit nuptias. Et uespere filiam suā lyam introduxit ad eum: dans ancillam filie. zelpham nomine. Ad quā cū ex more. iacob fuisset ingressus: facto mane uidit lyam. Et dixit ad

socerū suū. Quid est qđ facere
uoluisti? Nonne pro rachel ser
uiui tibi? Quare imposuisti mi?
Respondit laban. Non est ī loco
nr̄o consuetudinis: ut minores
ante tradamus ad nuptias. Im
ple ebdomadā dierum huius co
pule: et hanc quoq; dabo tibi p
opere quo seruiturus es mi septē
annis alijs. Acquieuit placito:
et ebdomada translata. rachel
duxit uxorem: cui pater seruam
bālam dederat. Tandemq; po
titus optatis nuptijs. amorem
sequentis priori pretulit: seruiēs
apud eum septem annis alijs.
Videns aūt dñs qđ despiceret
lyam. aperuit uuluā eius: sorore
sterili pmanente. Que conceptū
genuit filiū: uocauitq; nomen
eius ruben. dicens. Vidit dñs hu
militatē meam: nūc amabit me
uir meus. Rursumq; concepit et
peperit filiū: et ait. Quia audiuit
dñs habere me contemptui: dedit
etiam istū michi. Vocauitq; no
men eius symeon. Concepit ter
tio: et genuit aliū. Dixitq; Nūc
quoq; copulabitur mi maritus
meus: eo qđ peperim ei tres fi
lios. Et ideirco appellauit nom
ei leui. Q̄rto concepit. et pepe
rit filium: et ait. Modo confite
bor dño. Et ob hoc uocauit nom
ei iudam. Cessauitq; parē.

Q uerens aūt ra[illegible] qđ infe
cunda ēet: [illegible] sorori ſ
ait marito suo [illegible]chi libos:
aliocīn moriar. Cui iratus respon
dit iacob. Num pro deo ego sum
qui priuauit te fructu uentris tui?
Ad illa. Habeo ingr̄ famulā bālā:
ingredere ad illam. ut pariat sup
genua mea. et habeam ex illa filios. Dedit q; illi bālam in coniugi
um. Que ingressa ad se uiro conce
pit: et peperit filiū. Dixitq; rachel.
Judicauit mi dñs; et exaudiuit uo
cem meam: dans michi filiū. Et
ideirco appellauit nomen illi dan.
Rursumq; bāla concipiens: pepe
rit alterū. Pro quo ait rachel. Cō
paraui me dñs cum sorore mea:
et inualui. Vocauitq; nom eius
neptalim. Sentiens lya qđ parē
desiisset: zelpham ancillam suā
marito tradidit. Qua post cōcep
tum edente filiū: dixit. Feliciter.
Et ideirco uocauit nom eius gad.
Peperit quoq; zelpha alterū. Dix
itq; lya. Hoc pro beatitudine mea.
Beatam quippe me dicent mulie
res. Propterea appellauit eū aser.
Egressus aūt ruben tempe messis
triticee in agrū: reperit mandra
goras. Quas matri lye detulit. Di
xitq; rachel. Da michi partem de
mandragoris filij tui. Illa respon
dit. Parum ne tibi uidetur quod
priueueris marito michi; nisi etiā
mandragoras filij mei tulis? Ait
rachel. Dormiat tecū hac nocte.
pro mandragoris filij tui. Rede
untiq; ad uesperam de agro iacob.
egressa est in occursū eius lya: et
ait. Ad me inquit intrabis: quia

mercede conduxi te pro mandragoris filij mei. Dormiuit cū ea nocte illa. Et exaudiuit dñs pces eius. Cōceptq; et peperit filium qntum. Et ait. Dedit dñs mercedem mā. qa dedi ancillam meā uiro meo. Appellauitq; nom illius ysachar. Rursū lya concipiens. peperit sextum filium. Et ait. Ditauit me dñs dote bona. etiam hac uice. Mecū erit maritus meus. eo qd genuerim ei sex filios. Et idcirco appellauit nomen eius zabulon. Post quem peperit filiā nomine dinam. Recordatus quoq; dñs rachelis. exaudiuit eam. et aperuit uuluam illius. Que concepit. et peperit filiū dicens. Ablstulit dñs opprobrium meū. Et uocauit nom illius ioseph. dicens. Addat michi dñs filiū alterū. Igitur ioseph. dixit socero suo. Dimitte me. ut reuertar in patriam et ad terrā meā. Da michi uxores et liberos meos. p quibz seruiui tibi. ut abeam. Tu uero nosti seruitutē. qua seruiui tibi. Ait ei laban. Inueniā grām in conspectu tuo. Experimēto didici. qd benedixerit michi dñs propter te. Constitue mercedem tuā. quam dem tibi. Ait ille respondit. Tu nosti quomodo seruierim tibi. et quanta in manibz meis fuit possessio tua. Modicū habuisti ante quā uenirē. et nūc dines effectus es. benedixitq; tibi dñs. ad introitū meū. Justum est igitur. ut aliquando prouideam et domui mee. Dixitq; laban. Quid dabo tibi. Et ille ait. Nichil uolo. Sed si feceris quod postulo. iterum pascam et custodiam pecora tua. Circa oēs greges tuos. et separa cunctas oues uarias. et spargulo uellere. Et qcūmq; rufum et maculosum uariūq; fuerit. tam in ouibz quā in capris. erit merces mea. Respondebitq; michi cras iustitia mea. quando placiti tempus aduenerit coram te. Et oīa que nō fuerint uaria et maculosa et rufa tam in ouibz quā in capris. furti me argues. Dixitq; laban. Gratum habeo qd petis. Et separauit in die illa capras et oues. hircos et arietes. uarios atq; maculosos. Cunctū autē gregem uni colorem. idest albi et nigri uelleris. tradidit in manu filiorū suorū. et posuit spatiū inter eos et generū. qui pascebāt reliquos greges eius. Tollens ergo iacob uirgas populeas. uirides. et amigdalinas. et platanus. et parte decorticauit eas. Detractis q; corticibz. in his que expoliata fuerant. candor apparuit. Illa uō que integra erant. uiridia permanserunt. Atq; in hunc modū. color effectus est uarius. Posuitq; eas in canalibz ubi effundebatur aq. ut cū uenissent greges ad bibendū. ante oculos haberent uirgas. et in aspectu earū concaperēt. Factū q; est ut in ipo calore coitus oues intuerentur uirgas. et parerent maculosa et uaria. et diuerso co

lore respla. Duulitq; gregem la
cob: et posuit uirgas ante oculos
arietū. Erant autem alba quoq;
et nigra laban. cetera uero iacob:
separatis inter se gregibz. Igitur
quando pmo tempore ascendebāt
oues. ponebat iacob uirgas i
canalib; aquax ante oculos arie
tum et ouiū: ut in eax cōtempla
tione concipent. Quando uō sero
tina erat admissura. et conceptus
extremus: nō ponebat eas. Facta
q; sunt ea que erant serotina la
bān: et que pmi temporis iacob.
Ditatus q; est homo ultra modū:
et habuit greges multos. ancillas
et seruos. camelos et asinos.

Postquā autē audiuit uerba
filioz laban dicentiū. tulit
iacob omnia que fuerant patris
nr̄i. et de illius facultate ditatus.
factus est inclitus. animadūtit
quoq; faciem laban. qd' non esset
erga se sicut heri et nudius tertius.
maxime sibi dicente dño. reūtere
ad terrā patrum tuoz. et ad ge
nerationē tuā. et ero q; tecū: misit
et uocauit rachel et lyam i agrū:
ubi pascebat greges. Dixit q; eis.
Video faciem patris ur̄i: qd' nō
sit erga me sicut heri et nudius
tertius. Ds autē patris mei: fuit
mecū. Et ipe nostis: quod totis
uiribz meis seruierim patri uro.
Sed pater ur circūuenit me. et
mutauit mercedem meā decem
uicibz: et tamen nō dimisit eū
ds. ut noceret mi. Siquidē dixit.
uarie erunt mercedes tue: pa rie
bant oēs oues uarios fetus. Cū
do uero econtrario aiit. alba quoq;
accipies pro mercede: oēs greges
alba peperērūt. Tulit q; deus sub
stantiam patris uri: et dedit mi.
Postquā enī conceptus ouium
tempus aduenerat: leuaui oculos
meos. et uidi in somnis. ascenden
tes mares sup femmas. uarios et
maculosos: et duūsorum colox. Di
xit q; angelus dñi ad me: i somp
nis. Jacob. Et ego respondi. Ecce
Qui aiit. Leua oculos tuos: et uide
unūsos maculos ascendentes su
per femmas. uarios. respsos atq;
maculosos. Vidi enī omnia: que
fecit tibi laban. Ego sum deus
bethel: ubi unxisti lapidem. et
uotum uouisti mi. Nunc ergo sur
ge: et egredere de terra hac. reuer
tens i terrā natiuitatis tue. Respō
derunt rachel et lya. Numqd ha
bemus residui quicquā in facul
tatib; et hereditate domus patris
nr̄i: Nonne quasi alienas repu
tauit nos. et uendidit. comedit q;
precū nr̄m: Sed ds tulit opes
patris nr̄i: et nobis eas tradidit.
ac filys nr̄is. Unde omnia que p
ceperit tibi dñs. fac. Surrexit ita
q; iacob. et impositis liberis et cō
ugib; suis sup camelos. abijt: tu
lit q; omnē substantiā et greges.
et quicqd in mesopotamia acqui
erat: pgens ad ysaac patrē suū
in terram chanaan. Eo tempore
erat laban ad tondendas oues:

et rachel furata est ydola patris
sui. Soluitq; iacob confiteri soce
ro suo: qđ fugeret. Cumq; abisset
tam ipe quam omnia que uris
eius erant. et amne transmisso p
gerret contra montē galaad: nun
ciatum est laban die tertio. quod
fugeret iacob. Qui assūptis fra
tribz suis. psecutus est eum dieb;
septem: et comphendit eū in mon
te galaad. Vidit q; in somnis: di
centem sibi dñm. Caue ne quicq;
aspere loquaris: cōtra iacob. Jā q;
iacob extenderat in monte taber
naculū: cū ille consecutus eū cū
frib; suis. in eodem mōte galaad
fixit tentoriū. Et dixit ad iacob.
Quare ita egisti: ut clam me a
bigeres filias meas. quasi capti
uas gladio? Cur ignorante me
fugere uoluisti: nec indicare m̄.
ut prosequerer te cum gaudio. et
canticis et tympanis et cythara?
Non es passus: ut osculārer filios
meos. ac filias. Stulte operatus
es. Et nūc quidem ualet manus
mea reddere tibi malū: sed ds pa
tris tui heri dixit m̄. Caue ne lo
quaris cū iacob quicq̄m durius.
Esto. Ad tuos ire cupiebas: et de
siderio tibi erat domus patris tui.
Cur furatus es deos meos? Respō
dit iacob. Quod insciо te p̄fectus
sum: timui ne uolenter auferres
filias tuas. Quod aut furti me
arguis: apud quēcūq; inueneris
deos tuos: necetur coram fratrib;
nris. Scrutare quicq̄d apud me
tuoz inueneris: et aufer. Hec di
cens ignorabat qđ rachel furata
esset ydola. Ingressus iacob
tabernacula iacob. et lye. et utriusq;
famule: nō inuenit. Cūq; intrasset
tentoriū rachelis: illa festinans
abscondit ydola subter straminа
cameli: et sedit desup. Scrutan
ti q; omne tentoriū. et nichil inue
nienti: ait. Ne irascatur dñs me
us. qđ coram te assurgere nequeo:
quia iuxta consuetudinē femina
nunc accidit michi. Sic delusa sol
licitudo querendis est. Tumens q;
iacob: cū iurgio ait. Quā ob cul
pam meā. et ob quod peccatū sic
exarsisti post me. et scrutatus es
omnē supellectilem meā? Quid
inuenisti de cuncta substantia
domus tue? Pone hic coram frib;
meis. et frib; tuis: et iudicent inē
me et te. Idcirco uiginti annis fui
tecum? Oues tue. et capre steriles
nō fuerunt; arietes gregis tui nō
comedi: nec captum a bestia os
tendi tibi. Ego dampnū omne
reddebam: quicq̄d furto pierat
a me exigebas. Die noctuq; estu
urgebar et gelu: fugiebatq; sōp
nus ab oculis meis. Sic p uigin
ti annos in domo tua seruiui tibi:
quatuordecim pro filiabz. et sex
pro gregib; tuis. Immutasti q;
mercedem meā? decē uicib; Nisi
ds patris mei abraham. et timor
ysaac affuisset m̄: forsitan nudū
modo me dimisisses. Afflictionē
meam et laborem manuū mea;

respexit dñs: et arguit te heri. Respondit ei laban. Filie et filij: et greges tui: et omnia que cernis: mea sunt. Quid possum facere filijs et nepotibz meis? Veni ergo et ineamus fedus: ut sit testimonium inter me et te. Tulit itaq; iacob lapidem: et erexit illum in titulum. Dixitq; fratribz suis. Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulū: et comederūt sup eum. Quē uocauit laban tumulū testis. et iacob aceruū testimonij: uterq; uxta ppietatē lingue sue. Dixit q; laban. Tumulus iste testis erit inter me et te hodie. Et idcirco appellatum est nomen ei galaad: id est tumulus testis. Intueatur dñs et uindicet nos qñ do recesserimus a nobis: si afflixeris filias meas. et si introduxeris alias uxores sup eas. Nullus sermonis nr̄i testis est: ablq; deo q̄ psens respicit. Dixit q; rursus ad iacob. Ecce tumulus hic. et lapis quē erexi: inter me et te testis erit. Tumulus inquā iste et lapis: sint in testimoniū. Si aut ego transiero illum ppens ad te. aut tu pterieris malum mihi cogitans: deus abrahā. et dñs nachor. iudicet inter nos. dñs patris eor. Juravit ergo iacob: p timorem patris sui ysaac. Immolatis q; uictimis in monte. uocauit frēs suos ut ederent panē. Qui cū comedissent: manserūt ibi. Laban uō de nocte cōsurgens. osculatus est filios et filias suas: et benedixit illis: reuersus q; est in locum suum.

XXII

Iacob quoq; abijt iuxta quo cepterat. Fuerunt q; ei obuiam angeli dei. Quos cū uidisset: ait. Castra dei sunt hec. Et appellauit nomē loci illius manaim: id est castra. Misit autē nuncios ante se. ad esau frēm suū in terra seyr regionis edom: pcepitq; eis dicēs. Sic loquimini dño meo esau. Hec dicit frater tuus iacob. Apud laban peregrinatus sum: et fui usq; in p̄sentem diem. Habeo boues et asinos. oues. et seruos atq; ancillas. Misiq; nunc legationē ad dominū meū: ut inueniā gram in conspectu tuo. Reuersi sunt nuncij ad iacob: dicentes. Venimus ad esau frēm tuū: et ecce properat in occursū tibi. cū quadringentis uiris. Timuit iacob ualde: et pertimuit populū qui secū erat. greges quoq; et oues. et boues et camelos. in duas turmas. dicens. Si uenerit esau ad unā turmā. et pcusserit eam: alia turma que reliqua est saluabitur. Dixitq; iacob. Deus patris mei abraham. et dñs patris mei ysaac. dñe qui dixisti mihi reuertere in terrā tuā et in locum natiuitatis tue. et benefaciā tibi. minor sum cunctis miserationibz tuis. et ueritate tua quā expleuisti seruo tuo: in baculo meo transiui iordanē istum. et nunc cū duabz turmis regredior:

erue me de manu fratris mei. de manu esau. quia valde eū timeo. ne forte veniens percutiat matres cū filijs. Tu locutus es qđ bene mihi faceres; et dilatares semē meū sicut harenā maris. que p multitudine numerari nō potest. Cumq; dormisset ibi nocte illa. separauit de his que habebat mu nera esau fratri suo; capras ducen tas. hircos viginti. oues ducētas. et arietes viginti. camelos fetas cum pullis suis triginta. vaccas quadraginta. et taūros viginti. asinas viginti et pullos earū de cem. et misit p manus seruoꝝ su oꝝ singulos seorsum greges. Dixitq; pueris suis. Antecedite me. et sit spatiū inter gregem et gre gem. Et p̄cepit priori dicens. Si obuiū habueris frēm meū esau. et interrogauerit te cuius es. aut quo uadis. et cuius sunt ista que seq̄ ris. respondebis. Serui tui iacob. Munera misit dño meo esau. Ipse quoq; post nos venit. Similiter dedit mandata secundo ac tertio. et cunctis qui sequebātur greges. dicens. His eisdem verbis loquimi ni ad esau. cū inueneritis eū. Et addetis. Ipse quoq; seruus tuus iacob. venit nīm insequitur. Dixit enī. Placabo illū muneribꝰ que p cedunt. et postea videbo illum. Forsitan propitiabitur mi. Pre cesserunt itaq; munera ante eū. ipse vero mansit nocte illa i castris. Cūq; mane surrexisset; tulit duas uxores suas. et totidē famu las cū undecim filijs. et transiit vadum iaboch. Traductis q̄ om nib; que ad se pertinebant. remā sit solus. Et ecce vir luctabatur cum eo. usq; mane. Qui cum vi disset qđ eum superare nō posset; tetigit nervū femoris eius. et sta tim emarcuit. Dixitq; ad eum. Dimitte me. iam enī ascendit au rora. Respondit. Non dimittā te. nisi benedixeris mihi. Ait ergo. Qđ nomen est tibi. Respōdit. Jacob. At ille. Nequaquā inquit iacob appellabitur nomen tuū. sed isrl. Cū si contra dm̄ fortis fuisti. qn tomagis contra homines p̄valebis. Interrogauit eū iacob. Dic mihi quo appellaris nomine. Respōdit. Cur queris nom̄ meū. Et benedixit ei. in eodem loco. Vocauitq; iacob nom̄ loci illius phanuel. dicens. Vidi dm̄ facie ad faciem. et salua facta est anima mea. Ortus q̄ est ei statim sol. postquā trānsgressus est phanuel. Ipse vero claudicabat pede. Quā ob causam nō cōmedit filij isrl nervū. qui emarcuit i fe more iacob. usq; in p̄sentē diem. eo quod tetigerit nervū femoris eius. et obstupuerit.

XVIII

Elevans autē iacob oculos su os. vidit venientē esau. et cū eo quadringentos viros. Divisit q̄ filios lye et rachel. ambarū q̄ famularū. et posuit utrāq; ancillā et liberos earū in principio. lyam vero in secundo loco et filios ei.

rachel autē et ioseph nouissimos.
Ipe pgrediens adorauit pron
in terram septies: donec appropi
quaret frater eius. Currens itaq;
esau obuiā fratri suo: amplexa
tus est eum. Stringens q; eius
collum et osculans: fleuit. Leua
tis q; oculis. uidit mulieres et
paruulos eaq;: et ait. Quid tibi
uolunt isti; et si ad te ptinent:
Respondit. Paruuli sunt: quos
donauit mi deus seruo tuo. Et ap
propinquantes ancille. et filij ea
rum: incuruati sūt. Accessit q; q;
lya: cū liberis suis. Et cū simulq;
adorassent: extremi rachel 7 io
seph adorauerūt. Dixit q; esau.
Que nam sunt iste turme. quas
obuiā habui: Respondit. Vt in
uenirē grām coram dño meo. At
ille. Habeo aut plurima frat mi:
sint tua tibi. Dixit iacob. Noli
ita obsecro. Sed si inueni grām i
oculis tuis: accipe munuscula de
manib; meis. Sic enī uidi facie
tuam: quasi uiderim uultū dei.
Esto mihi propicius; et suscipe
bñdictionem quā attuli tibi: et
quā donauit mihi ds tribuens
omnia. Vix frē compellente susci
piens: ait. Gradiamur simul: 7
ero socius itineris tui. Dixitq;
iacob. Nosti dñe mi qd paruulos
habeam tēneros. et oues ac bo
ues fetas mecū; quas si plus i
ambulando fecero laborare: mo
rientur una die cuncti greges.
Precedat dñs mūs ante seruum
suū; et ego sequar paulatī uestri
gia eius. sicut uidero paruulos me
os posse: donec ueniam ad meū
dñm in seyr. Respōdit esau. Ro
te: ut de populo qui mecū est. salte
socij remaneant mee tue. Non est
inquit necesse. Hoc uno indigeo:
ut inueniā grām in cōspectu tuo
dñe mi. Reuersus ē itaq; illo die
esau itinere quo uenerat: in seyr.
Et iacob uenit in socoth. Vbi edi
ficata domo. et fixis tentoriis: ap
pellauit nomē loci illius socoth id
est tabernacula. Transiuitq; in
salem urbem sichimor. que est in
terra chanaan. postquā reuisus ē
de mesopotamia syrie: et habita
uit iuxta oppidū. Emitq; partē
agri in quo fixerat tabernacula.
a filijs emor patris sichem: centū
agnis. Et erecto ibi altari: inuo
cauit sup illud. fortissimū dñm isr.

XVIII

Egressa est autem
dina filia lye: ut uideret mu
lieres regionis illius. Quā cū ui
disset sichem filius emor euei. pn
ceps terre illius; adamauit et ra
puit. et dormiuit cū illa: ui oppri
mens uirginē. Et conglutinata
est aīa eius cū ea. Tristēq; blan
dicijs deliniuit. Et pgens ad emor
patrem suū: accipe michi inquit
puellā hanc coniugem. Qd cum
audisset iacob absentib; filijs. et
in pastu pecor occupatis: siluit
donec reuerterent. Egressus aut emor
patre sichem ut loqueretur ad ia
cob: ecce filij eius ueniebant de

agro. Audito q̄ qđ accíderat. trau
sunt ualde; eo quod fedam rem ẽt
opatus in ísrl'. et uiolata filia ia
cob. rem illicitam ꝑpetrasset. Locu
tus est trag̃ emor ad eos. et dixit.
Sichem filij mei adhesit aīa filie
uře. Date eam illi uxorem. et iun
gamus uicissim connubia. Filias
uras tradite nobis; et filias nras
accipite. et habitate nobiscum.
Terra in potestate ura est. exerce
te negociamini. et possidete eam.
Sed et sichem ad patrē z ad frēs
eius ait. Inueniā gram coram uo
bis. et quecūq̄ statueritis dabo.
Augete dotem. et munera postu
late. Libens tribuā qđ petieritis.
tantum date michi puellā hanc
uxorem. Responderūt filij iacob
sichem et patri eius in dolo. seu
entes ob stuprū sororis. Nō possu
mus facere qđ petitis. nec dare so
rorem nram homini incircūciso.
qđ illicitum est et nefarīū apud
nos. Sed in hoc ualebimus fede
rari. Si esse uolueritis nri similes.
et circūcidatur in uobis omnis
masculini sexus; tunc dabimus z
accipiemus mutuo filias nras ac
uras. et habitabimus uobiscum.
erimus q̄ unus popl's. Sin aut̃
circūcidi nolueritis. tollemus fili
am nram. et recedemus. Placuit
oblatio eor. emor et sichem filio eī.
nec distulit adolescens. q̄n statim
qđ petebatur expleret. Amabat
eū puellā ualde. et ipe erat inclu
tus in omni domo patris sui. In
gressi q̄ portam urbis. locuti sunt
ad populū. Uiri isti pacifici sunt.
et uolunt habitare nobiscū. Nego
cientur in terra. et exerceant eam.
que spaciosa et lata. indiget culto
ribz. Filias eor accipiemus uxores.
et nras illis dabimus. Unum est.
quo differtur tantū bonū. Si circū
cidamus masculos nostros. ritum
gentis mutantes. et substantia e
orum et pecora. et cuncta que pos
sident. nra erunt. Tantū in hoc ac
quiescamus. et habitātes simul
unū efficiemus poplm. Assensi sūt
omnes. circumcisis cunctis maribz.
Et ecce die tercio. quando grauissi
mus uulnerū dolor est. arreptis
duo iacob filij symeon et leui frēs
dine gladijs. ingressi sunt urbem
confidenter. Interfectis q̄ omnibz
masculis. emor et sichem pariter
necauerunt. tollentes dinam de
domo sichem sororem suā. Quibz
egressis. irruerunt sup occisos ceī
filij iacob. et depopulati sunt ur
bem. in ultionē stupri. Oues eor.
et armenta. et asinos. cuncta q̄
uastantes. que in domibz et in a
gris erant. parulos quoq̄ z uxo
res eor duxerunt captiuas. Quibz
patratis audacter. iacob dixit
ad symeon et leui. Turbastis me.
et odiosum me fecistis chananeis
et pherezeis. habitatoribz terre
huius. Nos pauci sumus; illi con
gregati penitent me. et delebor
ego et domus mea. Responderūt.
Numq̄d ut scorto abuti debuere

ſoꝛoꝛe noſtra.

XXV

Hꝛerea locutus eſt deus ad iacob. Surge et aſcende bethel. et habita ibi. facq; altare deo qui apparuit tibi. quando fugiebas eſau frem tuum. Jacob uero conuocata omni domo ſua. ait. Abiicite deos alienos qui in medio uri ſunt. et mundamini. ac mutate ueſtimenta ura. Surgite. et aſcendamus in bethel. ut faciamus ibi altare deo. qui exaudiuit me in die tribulationis mee. et fuit comes itineris mei. Dederunt ergo ei omnes deos alienos quos habebat. et inaures que erant in auribz eoꝝ. At ille infodit ea ſubter terebinthū. que eſt poſt urbē ſichem. Cumq; profecti eent. terꝛoꝛ dei inuaſit omnes p circuitū ciuitates. et non ſunt auſi ꝓſequi recedentes. Venit igitur iacob luzam q̄ eſt in terra chanaan cognomēto bethel. ipe et omnis popl's cum eo. Edificauit q; ibi altare. et appellauit nomen loci domus dei. Ibi enī apparuit ei d's. cum fugeret frem ſuū. Eodem tēpoꝛe mortua eſt debꝛa nutrix rebecce. et ſepulta ad radices bethel. ſubter querctū. Vocatum q; eſt nomen loci. querctus fletus. Apparuit aūt iterum d's iacob. poſtquā reūlus eſt de meſopotamia ſyrie. bndixit q; ei dicens. Non uocaberis ultra iacob. ſed iſrl erit nom tuum. Et appellauit eum iſrael. Dixit q; ei. Ego d's omnipotēs. Creſce. et multiplicare. Gentes et popli nationū ex te erunt. et reges de lumbis tuis egredientur. Terram q; quam dedi abꝛaham et yſaac dabo tibi. et ſemini tuo poſt te. Et recceſſit ab eo. Ille uero erexit titulū lapideum in loco. quo locutus fuerat ei deus. libans ſup eum libamina. et effundens oleum. uocans q; nomē loci bethel. Egreſſus autem inde. uenit uerno tempoꝛe ad terrā que ducit effratam. In qua cū parturiret rachel. ob difficultatē partus. periclitari cepit. Dixitq; ei obſtetrix. Noli timere. quia et hunc habebis filiū. Egrediente autem aīa p dolore. et imminente iam morte. uocauit nomen filij ſui benoni. id eſt filius doloꝛis mei. Pater uero appellauit eū beniamin. id eſt filius dexterc. Mortua eſt ergo rachel. et ſepulta in uia que ducit effratam. hec eſt bethleem. Erexit q; titulum. ſup ſepulchꝝ eius. Hic eſt titulus monumēti rachel. uſq; in ꝓſentem diem. Egreſſus inde. fixit tabernaculū tranſiturem gregis. Cumq; habitaret in illa regione. abiit ruben. et dormiuit cum bala. concubina patris ſui. Quod illum minime latuit. Erant aūt filij iacob duodecim. Filij lye. ꝓmogenitus ruben. et ſyme on. et leui. et iudas. et yſachar. et zabulon. Filij rachel. ioſeph. et beniamin. Filij bale ancille rachelis. dan. et neptalim. Filij zelphe ancille lye. gad. et aſer. Hij filij

iacob: qui nati sunt ei in mesopotamia syrie. Venit etiam ad ysaac patrem suū in mambre ciuitatem arbee. hec est hebron: in qua peregrinatus ē abraham et ysaac. Et completi sunt dies ysaac: centum octoginta annoꝝ. Cōsumptus qꝫ etate mortuus est: et appositus est populo suo senex et plenus dierum. Et sepelierunt eum: esau ⁊ iacob filij sui.

Hec sunt aūt generationes esau: ipse est edom. Esau accepit uxores de filiabꝰ chanaan: ada filiam elom ethei. et oolibamā filiā ane a. filiam sebeon euei: basemath quoqꝫ filiam ysmael sororē nabaioth. Peperit autem ada: eliphaz. Basemath: genuit rahuel. Oolibama edidit ieus: ⁊ ihelon. et chore. Hij filij esau: qui nati sunt ei in terra chanaan. Tulit autem esau uxores suas. et filios et filias. et omnē animā domus sue. et substantiam et pecora et cuncta que habere poterat in tra chanaan: et abijt in alteram regionem. recessit qꝫ a fratre suo iacob. Diuites enī erant ualde: et simul habitare non poterāt: nec sustinebat eos terra peregrinatōis eoꝝ. p̄ multitudine gregum. Habitauit qꝫ esau in monte seyr: ipse est edom. Hec aūt sunt generationes esau patris edom. in monte seyr: et hec nomina filiorū eius. Eliphaz: filius ade uxoris esau. Rahuel quoqꝫ: filius basemath uxoris eius. Fuerūt qꝫ filij eliphaz: theman. omar. sepho. et gatham. et cenez. Thamna autem concubina eliphaz filij esau: que peperit ei amalech. Hij sūt filij ade uxoris esau. Filij autem rahuel: naath. et zara. semma et meza. Hij filij basemath: uxoris esau. Isti quoqꝫ erant filij oolibama filie ana. filie sebeon uxoris esau. quos genuit ei: ieus. et ihelon. et chore. Hij duces filioꝝ esau. Filij eliphaz primogeniti esau: dux theman. dux omar. dux sepho. dux cenez. dux chore. dux gathā. dux amalech. Hij filij eliphaz in terra edom: et hij filij ade. Hij quoqꝫ filij rahuel filij esau: dux naath. dux zara. dux semma. ⁊ dux meza. Hij autem duces rahuel: in terra edom. Isti filij basemath: uxoris esau. Hij autem filij oolibama uxoris esau: dux ieus. dux ihelon. dux chore. Hij duces oolibama filie ana: uxoris esau. Isti sunt filij esau ⁊ hij duces eorum: ipse est edom. Isti filij seyr horrei habitatores terre: lothan. et sobal. et sebeon. et anan. et dison. et eser. et disan. Hij duces horrei. filij seyr: in terra edom. Facti sunt autem filij lothan: horri et heman. Erat autē soror lothan: thamna. Et isti filij sobal: aluan. et maneech. et ebal. sephi. ⁊ onan. Et hij filij sebeon: achaia ⁊ ana. Iste est ana qui inuenit aquas calidas in solitudine: cum pasceret

alinos sebeon patris siu. Habuit q̄ filiuꝫ dilan: et filiam oolibamá. Et isti filij dilan: amdan: 7 elban. et iethran. et charán. Hij quoq̄ filij eser: baalan. et zeuan. et achan. Habuit autē filios di san: hus. et haran. Isti duces horreoꝝ. Dux lothan. dux sobal. dux sebeon. dux ana. dux dison: dux eser. dux disan. Isti duces horreotum: qui impauerunt in tra seyr. Reges autē qui regnauerunt in terra edom ante quā haberent regem filij isrl: fuerūt hij. Balach filius beor: nomen q̄ urbis eius denabá. Mortuus est autem balach: et regnauit pro eo iobab filius zare de bosra. Cumq̄ mortuus esset iobab: regnauit p eo husan de terra themanoꝝ. Hoc quoq̄ mortuo. regnauit pro eo adad filius badadi. qui percussit madian in regione moab: et nomē urbis eius abuith. Cūq̄ mortuus ēet adad: regnauit pro eo semla de maserechá. Hoc quoq̄ mortuo: regnauit pro eo saul de fluuio roooth. Cumq̄ et hic obisset: successit in regnū balanan filij acho bor. Isto quoq̄ mortuo: regnauit pro eo adad. Nomen q̄ urbis ei⁹ phau. Et appellabatur uxor illius meezabel filia matheret. filia mezaab. Hec ergo nomina ducū esau: in cognationibꝫ et locis et uocabulis suis. Dux thāna. dux alua. dux iether. dux oolibama. dux ela. dux phinon. dux cenez. dux theman. dux mabsar. dux magdiel. dux yram. Hij duces edom: habitantes in terra impij siu. Ipse est esau pater ydumeoꝝ. Habitauit autē iacob in terra chanaan. in qua pegrinatus est pater suus: et hec sunt generationes eus. CAP VII

dominus Oēs

Oseph cum sedecim esset annoꝝ. pascebat gregem cū fratribꝫ suis: adhuc puer. Et erat cū filijs bale et zelphe: uxorum patris siu. Accusauit q̄ frēs suos apud patrem: crimine pessimo. Israel autē diligebat ioseph sup omnes filios suos: eo qđ in senectute genuisset eum. Fecit q̄ ei tunicam polimitā. Videntes autē frēs eius qđ a patre plus cunctis filijs amaretur: oderant eū: nec poterant ei quicq̄m pacifice loqui. Accidit quoq̄: ut uisum somnium referret frēbꝫ suis. Que causa: maioris odij semina rium fuit. Dixit q̄ ad eos. Audite somnium meū quod uidi. Putabam nos ligare manipulos i agro: et quasi consurgere manipulū meum et stare: uos q̄ manipulos circūstantes adorare manipulū meū. Responderunt frēs eius. Numqđ rex noster eris: aut subiciemur ditioni tue: Hec ergo causa somniorum atq̄ sermonum: inuidie 7 odij fomitē ministrauit. Aliud quoq̄ uidit somnium: qđ narrans frēbꝫ ait. Vidi p somnium: quasi solem 7 lunā. et stellas undecim adorare me.

Quod cū patri suo et frībz retu
lisset: increpauit eū pater: et dix
it. Quid sibi uult hoc somniū
quod uidisti? Num ego et mater
tua et frēs tui adorabimus te su
per terram? Inuidebant igitur ei
frēs sui: pater uero rem tacitus
considerabat. Cumq; frēs illius
in pascendis gregibz patris mora
rentur in sichem: dixit ad eū isrl.
Frēs tui pascunt oues ī sichimis:
ueni mittam te ad eos. Quo res
pondente: presto sum: ait. Vade
et uide si cuncta prospera sint
erga frēs tuos et pecora: et renū
tia mihi quid agatur. Missus
de ualle hebron: uenit in sichem.
Inuenit q; eum uir errantem in
agro: et interrogauit quid que
reret. At ille respondit. Frēs meos
quero: indica mihi ubi pascant
greges. Dixit q; ei uir. Recesserūt
de loco isto. Audiui autem eos di
centes: eamus in dothaim. Per
rexit ergo ioseph post frēs suos:
et inuenit eos in dothaim. Qui
cū uidissent eū procul. antequā
accederet ad eos: cogitauerunt
illum occidere: et mutuo loque
bantur. Ecce somniator uenit.
Venite occidamus eū. et mitta
mus in cisternā ueterem: dice
mus q; fera pessima deuorauit
eū. Et tunc apparebit: quid illi
prosint somnia sua. Audiens
hoc ruben nitebatur liberare eū
de manibz eoz: et dicebat. Non
interficiamus aīam eius. nec
effundamus sanguinē; sed proi
cite eum ī cisternam hanc que ē
in solitudine: manus q; uestras
seruate innoxias. Hoc autem dice
bat: uolens eū eripere de manibz
eoz. et reddere patri suo. Confesti
igitur ut uenit ad frēs; nuda
uerunt eū tunica talari et poli
mita: miseruntq; in cisternam
que nō habebat aquā. Et sedēn
tes ut comederent panē. uiderūt
hysmaelitas uiatores uenire de
galaad: et camelos eoz portātes
aromata. et resinam. et stacten.
in egyptū. Dixit ergo iudas frībz
suis. Quid nobis prodest. si occi
dimus frēm nrm; et celauerimus
sanguinē ipius. Melius est ut
uenundetur hysmaelitis: et ma
nus nre nō polluantur. Frat enī
et caro nra est. Acquieuerūt frēs
sermonibz eius: et pertransuntibz
madianitis negociatoribz. extra
hentes eū de cisterna. uenditerūt
eum hysmaelitis uiginti argen
teis. Qui duxerūt eum ī egyptū.
Reuolus q; ruben ad cisternā: nō
inuenit puerū. Et scissis uestibz
pgens ad frēs suos. ait. Puer nō
comparet; et ego quo ibo? Tule
runt autē tunicam eius; et ī san
guinē hedi quē occiderant tinxe
runt. mittentes qui ferrent ad pa
trem: et dicerent. Hanc inueni
mus: uide utrū tunica filij tui
sit an non. Quā cum agnouisset
pater: ait. Tunica filij mei est.
Fera pessima comedit eū: bestia

deuorauit ioseph. Scissis q̄ uestibus. induitus est cilicio. lugens filium multo tempore. Cōgregatis autē cunctis liberis eius. ut lenirent dolorem patris noluit cōsolationē recipere. a dixit. Descendam ad filium meū lugens in infernū. Et illo pleuerante i fletu. madianei uenditerūt ioseph in egypto. phutiphari eunucho pharaonis. magro militie.

XXVIII

In tempore illo descendens iudas a fr̄ibus suis. diuertit ad uirum odollamitē nomine yran. Vidit q̄ ibi filiam hominis chananei. uocabulo sue. Et uxore accepta. ingressus est ad eam. Que concepit et peperit filium. uocauit q̄ nomen ei her. Rursū concepto fetu. natum filiū nominauit onam. Terciū quoq; peperit. quē appellauit sela. Quo nato. parere ultra cessauit. Dedit autē iudas uxorem p̄mogenito filio suo her. nōie thamar. Fuit quoq; her p̄mogenitus iude. nequā in conspectu domini. et ab eo occisus ē. Dixit ergo iudas ad onam filiū suū. Ingredere ad uxorem fr̄is tui. et sociare illi. ut suscites semen fratri tuo. Ille sciens nō sibi nasci filios. introiens ad uxorem fr̄is sui. semen fundebat in terrā. ne libi fr̄is nomine nascēretur. Et idcirco pauit eum dñs. quod rem detestabilem faceret. Quā obrē. dixit iudas thamar nurui sue. Esto uidua in domo patris tui. donec crescat sela filius mꝰ. Timebat enī. ne et ipse moreretur. sicut fr̄es eius. Que abiit. et habitauit i domo patris sui. Cumq; multis autē multis diebꝫ. mortua est filia uxor iude. Cui post luctū consolatione suscepta. ascendebat ad tonsores ouiū suarum. ipe et yras odollamita. i tampnas. Nunciatum q̄ est thamar. qd' socer illius ascenderet i tampnas. ad tondendas oues. Que depositis uiduitatis uestib⁹. assumpsit ornatū. Et mutato habitu. sedit in biuio uie. quod ducit tampnā. eo quod creuisset sela. et nō eum accepisset marituꝫ. Quā cum uidisset iudas. suspicatus est esse meretricē. Operat enī uultū suū. ne cognosceretur. Ingrediensq; ad eam. ait. Dimitte me. ut coeam tecū. Nesciebat enī. quod nurus sua esset. Cui respondente. quid michi dabis. ut coeas concubitu meo. dixit. Mittam tibi hedum de gregibꝫ. Rursumq; illa dicente. patiar qd' uis si dederis m̄i arrabonē. donec mittas qd' polliceris. ait iudas. Quid tibi uis pro arrabone dari. Respondit. Anulū tuum et armillam. et baculū quem manu tenes. Ad unū igitur coitum. cōcepit mulier. Et surgens abiit. Depositoq; habitu quē assumpserat. induta est uiduitatis uestibꝫ. Misit autem iudas hedū p

pastorem suū odollam tē: ut re
aperet pignus qđ' dederat mulier. Qui cum nō inuenisset eam:
interrogauit homines loci illius.
Ubi ē mulier: que sedebat in bi
uio? Respondentibz cunctis. non
fuit in loco isto meretrix: reūsus
est ad iudam. et dixit ei. Non in
uenī eam. Sed et homines loci
illius. dixerunt mī: nūquam ibi
sedisse scortum. Ait iudas. Habe
at sibi. certe mendacij arguere nos non poterit. Ego mīsi hedū
quē promiserā: et tu nō inuenisti
eam. Cece autē post menses tres:
nuntiauerūt iude dicentes. Fornicata est thamar nurus tua: et
uidetur uterus illius intumescē.
Dixit iudas. Producite eam: ut
comburatur. Que cū educeretur
ad penā: misit ad socerū suū di
cens. De uiro cuius hec sunt: con
cepi. Cognosce cuius sit anulus.
et armilla. et baculus. Qui agni
tis muneribz: ait. Iustior me est:
quia nō tradidi eam sēlā filio meo.
Attamen ultra nō cognouit eam.
Instante autē partu: apparuerē
gemini in utero. Et in ipa effu
sione infantū. unus protulit ma
nū: in qua obstetrix ligauit coccinū dicens. Iste egrediet prior.
Illo uero retrahente manū: egr̄ss
us est alter. Dixit ꝙ mulier. Quare diuisa est propter te macera?
Et ob hanc causam: uocauit no
men eius phares. Postea egr̄ssus
est frater eius ī cuius manu erat
coccinū: quem appellauit zaram.

Ductus ioseph

XXX 30

est in egiptū. Emit ꝙ eum phutiphar eunuchus pharaonis. prin
ceps exercitus. uir egiptius: de ma
nu ysmaelitarū. a quibz pduct⁹
erat. Fuit ꝙ dñs cum eo: et erat
uir in cunctis prospe agens. Habitabat ꝙ in domo dñi sui. Qui
oprime nouerat esse dñm cū eo.
et omnia q̄ gerēt. ab eo dirigi in
manu illius. Inuenit ꝙ ioseph
gr̄am coram dño suo: et minist⁹
bat ei. A quo ꝓpositus oīb⁹ gu
bernabat creditam sibi domum:
et uniūsa que ei tradita fuāt.
Benedixit ꝙ dñs domui egiptij
propter ioseph: et multiplicauit
tam in edibz quā in agris cūctā
eius substantiā. Nec quicq̄m ali
ud nouerat: nisi panē quo uesce
batur. Erat autē ioseph pulcher
facie: et decorus aspectu. Post
multos itaq̄ dies. iniecit domi
na sua oculos in ioseph: et ait.
Dormi mecū. Qui nequaquā ac
quiescens operi nefario: dixit ad
eam. Ecce dñs meus omnibz mi
traditis. ignorat quid habeat ī
domo sua: nec quicquā est qđ'
in mea potestate non sit. uel nō
tradiderit michi: preter te que
uxor eius es. Quomodo ergo pos
sum hoc malū facere: et peccare
in dm meū? Huiuscemodi ūbis
p singulos dies. et mulier moles
ta erat adolescenti: et ille recusa
bat stupr̄ū. Accidit autem ut

quadā die intraret ioseph domū· et operis quippiā absq; arbitris faceret: at illa apphensa lacinia uestimenti eius· diceret· Dormi mecū· Qui relicto ī manu eius pallio fugit: et egressus est foras. Cumq; audisset mulier uestem ī manibz suis· et se ē contemptā; uocauit homines domus sue: et ait ad eos· Ecce introduxit uirum hebreum: ut illuderet nobis. Ingressus ē ad me: ut coiret mecū· Cumq; ego subclamassem· ⁊ audisset uocem meā: reliquit pallium quod tenebam· et fugit foras. In argumē tum ergo fidei· retentū pallium ostendit marito redeunti domū: et ait. Ingressus est ad me seruus hebreus. quē adduxisti: ut illuderet mihi· Cumq; audisset me clamare· reliquit pallium ⁊ fugit foras. His auditis dns ⁊ nimiū credulus ūbis cōiugis: iratus est ualde· Tradiditq; ioseph ī carcerem· ubi uincti regis custodiebantur: et erat ibi clausus. Fuit autē dns cum ioseph: et misertus illius. dedit ei grām ī conspectu pncipis carceris. Qui tradidit ī manu ipius omēs uinctos qui in custodia tenebātur: et quicqd fiebat sb ipo erat: nec nouerat aliquid· cūctis ei credentis. Dns enī erat cū illo: et omnia eius opa dirigebat. XL

Hus ita gestis: accidit ut peccarent duo eunuchi· pincerna regis egipti et pistor· dño suo. Iratus q; contra eos pharao. nam alter pincernis pērat alter pistoribz; misit eos in carcerē pncipis militū: in quo erat uinctus et ioseph. Ait custos carceris tradidit eos ioseph: qui et ministrabat eis. Aliquantulū temporis fluxerat: et illi in custodia tenebantur. Viderūq; ambo somnium nocte una: uxta interpretationē congruam sibi. Ad quos cum introysset ioseph mane· ⁊ uidisset eos tristes: scisciatus est dicens. Cur tristior est hodie solito facies ura: Qui responderunt. Somnium uidimus: et nō est qui interpretetur nobis. Dixitq; ad eos ioseph. Numqd nō dei est interpratio: Referte mihi: quid uideritis. Narrauit ꝑ ꝓpositus pincernaꝝ· somnium suū. Videbā coram me uitem· in qua erant tres ꝓpagines. crescere paulatim gēmas; et post flores uuas maturescere: calicemq; pharaonis ī manu mea· Tuli ergo uuas. et expressi in calicem quē tenebam: et tradidi poculum pharaoni· Respondit ioseph. Hec est interpratio somnii. Tres ꝓpagines. tres adhuc dies sunt· post quos recordabitur pharao magisterii tui; et restituet te in gradum pristinū· dabis q; ei calicem uxta officium tuū: sicut antea facere consueueras Tantū memēto mei cū bene tibi fuerit; et facies mecū miam·

ut suggeras pharaoni ut educat me de isto carcere. quia furto sublatus sum de terra hebreoꝝ: & hic innocens in lacum missus sum. Videns pistoꝝ magister. quod prudenter somnium dissoluisset: ait. Et ego uidi somnium. qđ haberem tria canistra farine super caput meum. et in uno canistro qđ erat excelsius. portare me omnes cibos qui fiunt arte pistoria: aues q̃ comedere ex eo. Respondit ioseph. Hec est interpretatio somnij. Tria canistra. tres adhuc dies sunt. post quos auferet pharao caput tuum. ac suspendet te in cruce: et lacerabunt uolucres carnes tuas. Exinde dies tercius natalicius pharaonis erat. Qui faciens grande conuiuium. pueris suis: recordatus est inter epulas magistri pincernaꝝ. et pistoꝝ principis. Restituit q̃ alterum in locum suum. ut porrigeret ei poculum: alterum suspendit in patibulo: ut coniectoris ueritas probaretur. Et tamen succedentibus prosperis: ꝓpositus pincernarum oblitus est interpretis sui. XLI

albam siue rufam habuerit cica
tricem: considerabit eam sacēdos.
Et ecce si uersa est in alborem. et
locus eius est reliqua cute humi
lior; contaminabit eum: quia
plaga lepre in cicatrice orta est.
Quod si pilor color non fuerit i
mutatus. nec humilior plaga
carne reliqua. et ipa lepre species
fuerit subobscura; recludet eum
septem diebz: et die septimo con
templabitur. Si creuerit in cute
lepra: contaminabit eū. Sin aūt
in loco suo candor steterit. non sa
tis clarus; plaga combustionis
est. et ideirco mūdabitur: quia
cicatrix est combusture. Vir siue
mulier in cuius capite uł barba
germinauerit lepra: uidebit eos
sacerdos. Et si quidem humilior
fuerit locus carne reliqua. et capil
lus flauus soluto; subtilior; con
taminabit eos: quia lepra capitis
est. ac barbe. Sin aūt uiderit lo
cum maculę equalem ueteri car
ni. et capillū nigrū; recludet eū
septem diebz: et die septimo in
uebitur. Si nō creuerit macula.
et capillus sui coloris est. et locus
plagę carni reliquę equalis; tra
detur homo ablęq; loco maculę: et i
cludetur septem diebz alys. Si die
septimo uisa fuerit stetisse plaga
in loco suo. nec humilior carne re
liqua; mundabit eū: lotisq; uesti
bus mūdus erit. Sin autē post e
mundationē rursus creuerit ma
cula in cute; non quaeret amplius
utrū capillus in flauū colorem sit
cōmutatus: quia apte īmundus
est. Porro si steterit macula. et ca
pilli nigri fuerint; nouit hōiem
esse sanatū: et confidenter eū pro
nūciet mundū. Vir et mulier in
cuius cute candor apparuerit: in
uebitur eos sacerdos. Si deprehen
derit subobscurū alborem lucere
in cute: sciat non esse lepram. sed
maculā coloris candidi. et hōiem
mundū. Vir de cuius capite ca
pilli fluunt: caluus ac mundus
est. Et si a fronte ceciderint pili:
recaluaster et mūdus ē. Sin aūt
in caluicio siue in recaluatione
albus uel rufus color fuerit exor
tus et hoc sacerdos uiderit; condē
nabit eam: haut dubie lepre ēt
orta est in caluitio. Quicūq; ergo
maculatus fuerit lepra. et separa
tus ad arbitrū sacerdotis; habe
bit uestimenta sua dissuta. caput
nudū. os uelle contectū: conta
minatū ac sordidum se clamabit.
Omni tempore quo leprosus ē. et

īmundus: solus habitabit extra
castra. Vestis lanea siue linea q̄
lepram habuerit in stamine aut
subtegmine. aut certe pellis. uel
quicquid ex pelle confectū est: si
alba uel rufa macula fuerit in
fecta. lepra reputabitur. ostende
turq; sacerdoti. Qui consideratā
recludet septem diebz. Et die sep
timo rursus aspiciens. si creuisse
deprehenderit lepra pseuerans erit
pollutū iudicabit uestimentū. z
omne in quo fuerit inuenta. et id
circo comburetur flāmis. Qd' si
eam uiderit nō creuisse: propter
et lauabunt id in quo lepra est:
recludetq; illud septē diebz alys.
Et cū uiderit faciem quidē prist
nā non reuīsam. nec tamē creuisse
lepram: īmundū iudicabit. et
igne comburet: eo qd' infusa sit
in superficie uestimenti uel p totū.
lepra. Sin autē obscurior fuerit
locus lepre. postquā uestis ē lota:
abrumpet eum. et a solido diuidet.
Quod si ultra apparuerit i hys
locis que prius īmaculata erant:
lepra uolatilis et uaga. debet ig
ne comburi. Si cessauerit. lauā
bit ea que pura sunt secundo: et
munda erunt. Ista est lex lepre
uestimenti lanei et linei. stami
nis atq; subtegminis. omnis q;
supellectilis pellicie: quomodo
mundari debeant. uel cōtaminari.

Locutus q; est dñs XIIII
ad moysen: dicens. Hic est ri
tus leprosi: qñdo mūdandus est.
Adducetur ad sacerdotem. Qui
egressus e castris. cū inuenerit le
pram esse mundatā: precipiet ei
qui purificatur. ut offerat pro se
duos passeres uiuos quos uesci u
catum est. et lignū cedrinū. ūmi
culūq; et ysopum. Et unū ex pas
seribz immolari iubebit in uase
fictili: sup aquas uiuentes. Aliū
autem uiuū. cū ligno cedrino. et
cocco et ysopo. tinget i sanguine
passeris immolati: quo asperget
illum qui mūdandus est septies.
ut ure purgetur: et dimittet pas
serem uiuū. ut in agrum auolet.
Cūq; lauerit homo uestimenta
sua. radet omnes pilos corporis. z
lauabitur aqua: purificatusq; in
gredietur castra: ita dumtaxat
ut maneat extra tabernaculū su
um septē diebz. et die septimo ra
det capillos capitis. barbamq; et
supercilia. ac totius corporis pilos.
Et lotis rursū uestibz et corpore.
die octauo assumet duos agnos
īmaculatos. et ouem anniculā
absq; macula: et tres decimas si
mile in sacrificiū. que conspersa sit
oleo: et sextarium olei sextarium.
Cumq; sacerdos purificans homi
nē statuerit eū et hec oīa coram
dño. in ostio tabernaculi testimonij:
tollet agnū. et offeret eum pro de
licto. oleiq; sextariū. Et oblatis
ante dñm omnibz. īmolabit agnū
ubi īmolari solet hostia pro pēcō. z
holocaustū: ideſt in loco sancto.
Sicut enī pro pēcō: ita et pro de

lucro ad sacerdotē pertinet hostia
Sancta scōz est. Assumens q̄ sacer
dos de sanguine hostie que immo
lata est pro delicto. ponet super ex
tremū auriculē dextre ei⁹ qui mun
datur. et sup pollices manus dex
tre et pedis; et de olei sextario mit
tet in manū suam sinistram. tin
getq̄ digitū dextrum in eo: et as
pget septies contra dñm. Quod
autē reliquū est olei ī leua manu.
fundet sup extremū auriculē dex
tre eius qui mūdatur; et sup pol
lices manus ac pedis dextri. ⁊ su
per sanguinē qui fusus est pro de
licto: et sup caput eius. Rogabit
q̄ pro eo coram dño: et faciet sacri
ficiū pro pēcō. Tunc īmolabit ho
locaustū; et ponet illud in altari
cū libamentis suis: et homo tūc
mundabitur. Ad'si pauper est. et
nō potest manus eius inuenire
que dicta sunt. sumet agnū pro
delicto ad oblationē. ut roget p
eo sacerdos; decimā q̄ partem si
mile conspersē oleo in sacrificiū.
et olei sextariū. duos q̄ turtures
siue duos pullos columbe. quoz
sit unus pro pēcō. et alter ī holo
caustū: offeret q̄ ea die octauo
purificationis sue sacerdoti. ad
ostiū tabernaculi testimonij. coram
dño. Qui suscipiens agnū pro de
licto. et sextarium olei: leuabit si
mul. Immolato q̄ agno de sangui
ne eius ponet sup extremū auri
culē dextre illius qui mundatur:
et sup pollices manus eius ac pe
dis dextri. Olei uō partē: mittet
in manū suam sinistram. In quo
tingens digitū manus dextre. as
pget septies contra dñm; tanget
q̄ extremū dextre auriculē illius
qui mūdatur. et pollices manus
ac pedis dextri: in loco sanguinis
qui effusus est p̄ delicto. Reliquā
autē partem olei que est ī sinistra
manu: mittet sup caput purifica
ti. ut placet pro eo dñm. Et turtu
rem siue pullū columbe offeret: u
nū pro delicto et alterū in holo
caustū. cū libamentis suis. Hoc ē
sacrificiū leprosi: qui habere nō
potest omnia ī emundatione sua.
Locutus q̄ est dñs ad moysen et
aaron: dicens. Cū ingressi fuerī
tis terrā chanaan. quam ego da
bo uobis in possessionē: si fuerit
plaga lepre in edibz: ibit cuius ē
domus nuntians sacerdoti. et
dicet. Quasi plaga lepre. uide
tur mihi esse in domo mea. At ille
p̄cipiet ut efferant uniuersa de
domo. prius quā ingrediatur eā
et uideat. utrum lepra sit: ne ī
munda fiant omnia que in do
mo sunt. Intrabit q̄ postea ut cō
sideret domus lepram. Et cū u
derit in parietibz illius q̄si uallicu
las pallore siue rubore deformes.
et humiliores superficie reliqua: e
gredietur ostiū domus. et statim
claudet eam. septem diebz. Reuī
sus q̄ die septima: considerabit
eam. Si inuenerit creuisse lepra.
iubebit eruī lapides ī quibz lepra

est: et proici eos extra ciuitatē in
loco īmundo; domū autē ipām
radi intrinsecus p circuitū: et spar
gi puluerē ralure extra urbem in
loco īmundo: lapides q; alios re
poni pro his qui ablati fuerīt. et
luto alio liuri domū. Si in autē
post quā erui sūt lapides: et pulus
elatus. et alia terra lita. ingressus
sacerdos uiderit reūsam lepram.
et parietes respersos maculis: le
pra est pseuerans. et īmunda do
mus. Quā statim destruent: et
lapides eius ac ligna atq; uniu
sum puluerē; proicient extra oppi
dū in loco īmundo. Qui intraue
rit domū quando clausa est: im
mūdus erit usq; ad uesperū. Et
qui dormierit in ea. et comederit
quippiā: lauabit uestimēta sua.
Quod si introiens sacerdos. uide
rit lepram nō creuisse ī domo post
quā denuo lita est: purificabit
eam reddita sanitate. Et ī puri
ficatione eius sumet duos passe
res lignū q; cedrinū: et ūmiculū
atq; ysopum. Et īmolato uno pas
sere in uase fictili sup aq̄s uiuas.
tollet lignū cedrinū et ysopum.
et coccum et passerem uiuū; et
tinget omnia ī sanguine passeris
īmolati. atq; in aquis uiuentibz.
et aspget domū septies: purifica
bitq; eam tam ī sanguine passe
ris quā in aquis uiuentibz. et in
passere uiuo. ligno q; cedrino. et
ysopo atq; ūmiculo. Cūq; dimi
serit passerem auolare ī agrum
libere; orabit p domo et iure mūda
bitur. Ista est lex omnis lepre et per
cussure. lepre uestū et domoz. cica
tricis et erumpentiū papulaz. lu
centis macule. et ī uarias species
colorib; īmutatis: ut possit sciri q
tempore mundū q̄d uel īmūdū sit.

Locutus q; est dñs ad XV
moysen et aaron: dicēs. Loqui
mini filijs isrl: et dicite eis. Vir qui
patitur fluxū seminis: immūdus
erit. et tunc iudicabitur huic uita
subiacere. cū p singula momenta
adheserit carni eius atq; cōcreue
rit fedus humor. Omne stratum
in quo dormierit. īmundū erit: et
ubicūq; sederit. Si q̄s ipmunū te
tigerit lectū eius; lauabit uesti
menta sua: et ipe lotus aqua. ī
mundus erit usq; ad uesperū. Si
sederit ubi ille sederat; et ipe la
uabit uestimenta sua: et lotus
aqua īmundus erit usq; ad uel
perū. Qui tetigerit carnē eius.
lauabit uestimenta sua: et ipse
lotus aqua. īmundus erit usq;
ad uesperū. Si saliuam hyuusce
modi homo iecerit sup eum qui
mūdus est: lauabit uestimēta sua.
et lotus aqua īmundus erit usq;
ad uesperum. Sagma sup quod
sederit. īmundū erit. Et quicq̄d
sub eo fuerit qui fluxum seminis
patitur: pollutū erit usq; ad uel
perū. Qui portauit hoz aliquid.
lauabit uestimenta sua: et ipse
lotus aqua īmundus erit usq; ad
uesperū. Omnis quē tetigerit qui

talis est. nō lotus ante manibz. la
uabit uestimenta sua: et lotus a
qua īmundus erit usqz ad uespe
rum. Vas fictile qd' tetigerit. con
fringetur: uas autē ligneū laua
bitur aqua. Si sanatus fuit qui
huiuscemodi sustinet passionem:
numerabit septē dies post emūda
tionē suu: et lotus uestibz ac toto
corpore in aquis uiuentibz. erit
mundus. Die autē octauo sumet
duos turtures aut duos pullos
columbe: et uenet in conspectū do
mini. ad ostiū tabernaculi testimo
nij: dabit qz eos sacerdoti. Qui fa
ciet unū pro pcō: et alterū in ho
locaustū. Rogabit qz pro eo coram
dño: ut emundetur a fluxu semi
nis sui. Vir de quo egrediet se
men coitus. lauabit aqua omne
corpus suū: et īmundus erit usqz
ad uesperū. Vestem et pellem quā
habuerit. lauabit aqua: et īmun
da erit usqz ad uesperū. Mulier cū
qua coierit. lauabitur aqua: et
īmunda erit usqz ad uesperū. Mu
lier que rediente mense patitur
fluxum sanguinis: septem diebz
separabitur. Omnis qui tetigerit e
am: īmundus erit usqz ad uespe
rū. Et locus in quo dormierit uel
sederit diebz separationis sue: pol
luetur. Qui tetigerit lectū eius. la
uabit uestimenta sua: et ipe lotus
aqua īmundus erit usqz ad uespe
rū. Omne uas sup quod illa sederit.
quicqd attigerit. lauabit uestimēta
sua: et lotus aqua. pollutus erit
usqz ad uesperū. Si uir coierit cū
ea tempore sanguinis menstrualis:
īmundus erit septem diebz: et om
ne stratum i quo dormierit. pollue
tur. Mulier que patitur multis
diebz fluxū sanguinis nō in tēpo
re menstrualis. uel que post mēstru
um sanguinē fluere non cessat: cūc
ctis huic subiacet passioni. īmun
da erit. quasi si sit in tempore mē
struo. Omne stratum in quo dor
mierit. et uas in quo sederit: pol
lutū erit. Quicūqz tetigerit eam.
lauabit uestimenta sua: et ipe lo
tus aqua. īmundus erit usqz ad
uesperū. Si steterit sanguis. et
fluere cessauerit: numerabit septē
dies purificationis sue. Et octauo
die: offeret pro se sacerdoti duos
turtures uel duos pullos colūbe.
ad ostiū tabernaculi testimonij.
Qui unū faciet pro pcō. et alte
rum i holocaustū: rogabit qz pro
ea coram dño. et p fluxu īmundi
tie eius. Docebitis ergo filios isrl':
ut caueant īmunditias et nō mo
rentur in sordibz suis. cū pollue
rint tabernaculū qd' est inter eos.
Ista est lex eius qui patitur fluxū
seminis. et qui pollutus coitu: et
que in menstruis temporibz sepa
ratur. uel que ungi fluit sanguine:
et hominis qui dormierit cū ea.

XVI

Locutus qz est dns ad
moysen post mortē filioz duo
rū aaron. quando offerentes ignē
alienū interfecti sunt: et precepit ei
dicens. Loqre ad aaron frem tuū.

ne omni tempore ingrediatur scũa
riũ qđ est intra uelum corã ppcia
torio quo tegitur archa · ut nõ mo
riatur; quia in nube apparebo sup
oraculũ: nisi hec ante fecerit. Ui
tulũ offeret pro pcõ: et arietem ĩ
holocaustũ. Tunica linea uestie
tur: feminalib; lineis uerenda cę
labit. Accingetur zona linea: cy
darim lineam imponet capiti. Hec
enĩ uestimenta sunt sancta: quib;
cunctis cũ lotus fuerit. induetur.
Sulcapiet cę ab uniuersa multitu
dine filioꝝ isrl duos hircos ꝓ pcõ:
et unũ arietem ĩ holocaustũ. Cũcq;
obtulerit uitulũ et orauerit ꝓ se
et pro domo sua; duos hircos sta
re faciet coram dño in ostio taber
naculi testimonij. mittens super
utrũq; sortem: unã dño. & alterã
capro emissario. Cuius sors exie
rit dño. offeret illum pro peccato.
Cuius autẽ in capitũ emissariũ;
statuet eũ uiuũ coram domino:
ut fundat pces sup eũ. & emittat
illum in solitudinẽ. Uis rite cele
bratis. offeret uitulũ: et rogans
pro se et pro domo sua ĩmolabit
eum. Assumptoq; thuribulo qđ de
primis altaris impleuit. et hauri
ens manu compositũ thymiama
in incensũ. ultra uelũ intrabit ĩ
sancta; ut positus sup ignem aro
matib; nebula eoꝝ et uaporꝝ ope
riat oraculũ. qđ est sup testimo
nũ: et nõ moriatur. Tollet quoq;
de sanguine uituli: et aspget di
gito septies contra ppiatorium
ad orientẽ. Cũcq; mactauit hircũ
pro pcõ popli. inferet sanguinẽ
eius intra uelũ. sicut ꝑceptũ est
de sanguine uituli; ut aspergat e
regione oraculi: et expiet sanctu
ariũ ab imunditijs filioꝝ isrl. et
a ꝑuaricationib; eoꝝ. cũctisq; pec
catis. Juxta hunc ritum faciet ta
bernaculo testimonij: qđ fixum
est inter eos. in medio sortiũ habi
tationis eoꝝ. Nullus hominũ sit
in tabernaculo quando pontifex
ingredietur sanctuariũ. ut roget
pro se et pro domo sua. et pro uni
uerso cetu isrl: donec egrediatur.
Cum aũt exierit ad altare quod
coram dño est: oret ꝓ se. Et sump
tũ sanguinẽ uituli atq; hirci. fun
dat sup cornua eius p girum: asp
gens cq; digito septies. expiet & sã
ctificet illud. ab imunditijs filioꝝ isrl.
Postquã autẽ emundauit sanctu
ariũ et tabernaculũ et altare. hic
offerat hircũ uiuentẽ; et posita
utraq; manu sup caput eius. cõfi
teatur oĩs iniquitates filioꝝ isrl.
et uniuersa delicta atq; peccata eoꝝ:
que imꝑcans capiti eius. emittet
illum ꝑ hominẽ paratũ in desertũ.
Cumq; portauerit hircus omnes
iniquitates eoꝝ in terrã solitariã.
et dimissus fuerit in deserto; reu
tetur aaron ĩ tabernaculũ testi
monij. et depositis uestib; quibus
prius indutus erat cum intraret
sanctuariũ: relictis cq; ibi. lauabit
carnem suã in loco sco: induetur cq;
uestimentis suis. Et postq; egressus

obtulerit holocaustū suum ac ple
bis: rogabit tam pro se quā pro po
pulo: et adipem qui oblatus est p
peccatis adolebit sup altare. Ille
uero qui dimiserit capū emissa
rium. lauabit uestimenta sua & cor
pus aqua: et sic ingredietur in
castra. Vitulū autem et hircum
qui pro pēcō fuerant īmolati. et
quoz sanguis illatus est ut ī sācta
rio expiatio compleretur: asporta
bunt foras castra: et cōburent ig
ni. tam pelles q̄m carnes eoz̄ et
fimū. Et qui cumq; combusserit ea.
lauabit uestimenta sua et carnē
aqua: et sic ingredietur castra. Ce
rit q; hoc uobis legitimū sempit
nū. Mense septimo decima die
mensis affligetis aīas uras: nul
lum q; facietis opus. siue indige
na siue aduena qui pegrinantur
inter uos. In hac die expiatio erit
uri atq; mundatio: ab oīb; pec
catis uris coram dño mūdabimi
ni. Sabbatū enī requietionis est:
et affligetis animas religione p
petua. Expiabit autem sacerdos
qui unctus fuerit: et cuius man'
imolate sunt ut sacerdotio fūga
tur pro patre suo. Induetur q; sto la
linea. et uestib; sanctis: & expiabit
sanctuariū et tabnaculū testimo
nij atq; altare: sacerdotes quoq; &
uniūsum populū. Erit q; hoc uobis
legitimū sempiternū: ut oretis p
filys isrl' et pro cunctis pcīs eoz̄.
semel in anno. Fecit igitur aaron:
sicut p̄cepit dñs moysi. XVII

Et locutus est dñs ad moysen:
dicens. Loquere aaron et filu
is eius. et cunctis filys isrl': dicens
ad eos. Iste est sermo: quē manda
uit dñs dicens. Homo quilibet
de domo isrl' si occiderit bouē aut
ouem siue capram. in castris uel
extra castra. et non obtulerit ad
ostiū tabnaculi oblationem dño:
sanguinis reus erit. Quasi sāgui
nem fuderit: sic peribit de medio
populi sui. Ideo sacerdotū offerre de
bent filij isrl' hostias suas. quas
occidunt in agro: ut sācificentur do
mino ante ostiū tabernaculi testi
monij: et īmolent eas hostias pa
cificas dño. Fundet q; sacdos san
guinē sup altare dñi. ad ostiū ta
bernaculi testimonij: et adolebit
adipem ī odorem suauitatis dño.
Et nequaq̄m ultra īmolabunt
hostias suas demonib;: cū quib;
fornicati sunt. Legitimū sempiter
nū erit illis: et posteris eoz̄. Et
ad ipos dices. Homo de domo isrl'
et de aduenis qui pegrinantur a
pud uos. qui obtulerit holocaus
tū siue uictimā. et ad ostiū taber
naculi testimonij non adduxerit
eam ut offeratur dño: interibit
de populo suo. Homo quilibet de
domo isrl' ac de aduenis qui pegri
nantur inter uos. si comederit san
guinē. obfirmabo faciem meā cō
tra aīam illius: et dispdam eam
de populo suo: quia anima carnis
in sanguine est. Et ego dedi illū
uobis ut sup altare meū expietis

pro animab; uris: et sanguis p
anime placulo sit. Idcirco dixi fi
lijs isrl'. Omnis aia ex uobis non
comedet sanguinē: nec ex aduenis
qui pegrinantur inter uos. Homo
quicūq; de filijs isrl' et de aduenis
qui pegrinantur apud uos. si uena
tione siue aucupio ceperit ferā ul'
auem quib; uesci licitum est: fun
dat sanguinē eius. et operiat il
lum terra. Anima enī omnis car
nis: in sanguine est. Unde dixi
filijs isrl'. Sanguinē uniūse car
nis nō comedetis; quia anima
carnis in sanguine est: et q̄cūq;
comederit illum interibit. Ani
ma que comederit morticinū ul'
captum a bestia. tam de indige
nis quā de aduenis. lauabit uesti
menta sua. et semetipm aqua; et
contaminatus erit usq; ad uespe
tū: et hoc ordine mūdus fiet. Sd
si non lauerit uestimenta sua ul'
corpus: portabit iniquitatē suā.

Locutus q; est XVIII
dns ad moysen: dicens. Loq
re filijs isrl': et dices ad eos. Ego do
minus ds ur. Juxta consuetudinē
terre egipti in qua habitastis nō
facietis; iuxta morem et consuetu
dinē regionis chanaan ad quam
ego introducturus sum uos non
agetis: neq; in legitimis eor am
bulabitis. Facietis iudicia mea. et
pcepta seruabitis: et ambulabitis
in eis. Ego dns deus ur. Custodite
leges meas atq; iudicia: que fac
iens homo uiuet in eis. Ego domin.

Omnis homo ad proximā sanguinis
sui nō accedet: ut reuelet turpitu
dinē eius. Ego dns. Turpitudinē
patris tui. et turpitudinē matris
tue: nō discooperies. Mater tua
est: non reuelabis turpitudinem
eius. Turpitudinē uxoris patris
tui non discooperies: turpitudo
enī patris tui est. Turpitudinē
sororis tue ex patre siue ex matre
que domi uel foris genita est: nō
reuelabis. Turpitudinem filie filij
tui uel nepotis ex filia. nō reuela
bis: quia turpitudo tua est. Turpi
tudinē filie uxoris patris tui quā
peperit patri tuo. et est soror tua:
non reuelabis. Turpitudinē soro
ris patris tui nō discooperies: q̄a
caro est patris tui. Turpitudinē
sororis matris tue non reuelabis:
eo qd' caro sit matris tue. Turpitu
dinē fratris patris tui nō reuela
bis: nec accedes ad uxorem eius. q̄
tibi affinitate cōiungitur. Turpi
tudinē nurus tue nō reuelabis
quia uxor filij tui est: nec discoo
peries ignominiā eius. Turpitu
dinē uxoris fratris tui non reuela
bis: quia turpitudo fratris tui est.
Turpitudinē sororis uxoris tue et
filie eius: nō reuelabis. Filiā filij
eius et filiam filie illius nō sumes.
ut reueles ignominiā eius; quia
caro illius sunt: et talis coitus in
cestus est. Sororem uxoris tue ī
pellicatū illius nō accipies; nec re
uelabis turpitudinē eius: adhuc il
la uiuente. Ad mulierē que patitur

menstrua nō accedes: nec reuela
bis fedritatem eius. Cū uxore proxi
mi tui nō coibis: nec seminis com
mixtione cōmaculaberis. De semi
ne tuo nō dabis ut consecretur ydo
lo moloch: nec pollues nomen dei
tui. Ego dñs. Cū masculo non cō
misceberis coitu femineo: quia ab
hominatio est. Cum omni pecore
nō coibis: nec maculaberis cū eo.
Mulier nō succumbet iumēto nec
miscebitur ei: quia scelus est. Ne
polluamini in omnibz his quibus
contaminate sunt uniuse gentes.
quas ego eiciam ante conspectum
urm. e quibz polluta est terra; cui
ego scelera uisitabo: ut euomat
habitatores suos. Custodite legi
tima mea atqz iudicia: ut non fa
ciatis ex omnibz abhominationibz
istis. tam indigena quā colonus
qui pegrinantur apud uos. Om
nes enim execrationes istas fece
runt accole terre. qui fuerūt ante
uos: et polluerunt eam. Cauete
ergo ne et uos similiter euomat.
cum parta feceritis: sicut euomu
it gentem que fuit ante uos. Oīs
anima que fecerit de abhominatio
nibz his quippiā: peribit de medio
populi sui. Custodite mādata mea.
Nolite facere que fecerūt hy qui
fuerunt ante uos: et ne polluamini
in eis. Ego dñs deus ūr. XIX

Locutus est dñs ad moysen:
dicens. Loqre ad omnē cetū
filioz israel: et dices ad eos. Sancti
estote: quia ego sanctus sum dñs ds ūr.
Vnusquisqz matrē suam et patrē
timeat. Sabbata mea custodite.
Ego dñs deus ūr. Nolite conuerti
ad ydola: nec deos conflatiles faci
eris uobis. Ego dñs deus ūr. Si
immolaueritis hostiam pacifico
dño: ut sit placabilis. eo die quo
fuerit immolata comedetis eam. et
die altero. Quicqd autē reliquū
fuerit in diem tertiū: igne cōbu
retis. Si quis post biduum come
derit ex ea; prophanus erit. et im
pietatis reus. portabit qz iniqui
tatem suam. quia sanctificium dñi pol
luit: et peribit anima illius de
populo suo. Cum messueris segetem
terre tue. nō tondebis usqz ad so
lum supficiem terre. nec remanē
tes spicas colliges; neqz in uinea
tua racemos et grana decidentia
congregabis: sed pauperibz et pe
grinis carpenda dimittes. Ego
dñs deus ūr. Non facietis furtū.
Non mentiemini: nec decipiat
unusquisqz proximū suū. Non p
iurabis in nomine meo: nec pollu
es nomen dei tui. Ego dñs. Non
facies calumpniā proximo tuo:
nec ui opprimes eū. Non morabi
tur opus mercennarij tui apud
te: usqz mane. Nō maledices sur
do. nec coram ceco pones offendi
culū; sed timebis dñm dm tuū:
quia ego sum dñs. Non facies qd
iniquū est: nec iniuste iudicabis.
Non consideres psonam pauperis:
nec honores uultū potentis. Juste
proximo tuo iudica. Nō eris crimi

natoꝝ: nec fusurro in plis. Nō
stabis contra sanguinē proximi
tui. Ego dñs. Ne oderis fratrem
tuū in corde tuo; sed publice argue
eum: ne habeas sup illo peccatū.
Non queres ultionē: nec memor
eris iniurie ciuiū tuoꝝ. Diliges
amicū tuū: sicut teipm. Ego do
minus. Leges meas custodite. Ju
menta tua nō facies coire cum al
terius generis animantib; Agrū
nō seres duplo semine. Vestē que
ex duob; texta est non indueris.
Homo si dormierit cum muliere
coitu seminis. que sit ancilla. et
am nobilis et tam precio nō re
dempta nec libertate donata; ha
pulabunt ambo et nō morientur:
quia nō fuit libera. Pro delicto
autē suo: offeret dño ad ostium
tabnaculi testimonij arietem.
Orabitq; pro eo sacerdos. & pro
delicto eius coram dño: et rep
propitiabitur ei. dimittetur q; pec
catū. Quando ingressi fueritis
terram. et plantaueritis in ea
ligna pomifera: auferetis ppu
tia eoꝝ. Poma que germinant
immunda erunt uobis: nec edetis
ex eis. Quarto aūt anno: omnis
fructus eoꝝ sanctificabitur lau
dabilis dño. Quinto aūt anno
comedetis fructus: congregātes
poma que proferunt. Ego dñs de
us ūr. Non comedetis carnē cū
sanguine. Non auguriabimini:
nec obseruabitis somnia. Neq;
in rotundū tondebitis comā: nec
radetis barbam. Et sup mortuos nō
incidetis carnes uras: neq; figuras
aliquas et stigmata facietis uobis.
Ego dñs. Ne prostituas filiā tuā:
et contaminetur tra et impleatur
piaculo. Sabbata mea custodite:
et sanctuariū meū metuite. Ego
dñs. Ne declineris ad magos: nec
ab ariolis aliquid scisciteris. ut
polluamini p eos. Ego dñs deus
ūr. Coram cano capite consurge:
et honora pfonam senis: et time
dñm dm tuū. Ego sum dñs. Si
habitauerit aduena in terra ura.
et morat⁹ fuerit inter uos. nō ex
probretis ei: sed sit inter uos quasi
indigena: et diligetis eum quasi
uos met ipos. Fuistis enī et uos
aduene: in terra egipti. Ego dñs
ds ūr. Nolite facere iniquū aliquid
in iudicio: in regula. in ponderē in
mensura. Stateram iusta. et equa
sint pondera: iustus modius. equi
q; sextarius. Ego dñs ds ūr: qui
eduxi uos de terra egipti. Custodi
te omnia pcepta mea et iudicia
iudicia: et facite ea. Ego dominꝰ.

Locutus q; est dñs ad XX
moysen: dicens. Hec loquere
filijs isrl. Homo de filijs isrl et de
aduenis qui habitant in isrl. si
quis de semine suo dederit ydolo
moloch. morte moriatur. Popls
terre lapidabit eum; et ego ponā
faciem meā contra illū. succidāq;
illū de medio popli sui: eo qđ de
derit de semine suo moloch. et cō
taminauit sanctuariū meū. ac pol

luerit nomen sẽm meũ. Quod si ne
glgens popl̃s terre. et quasi pu
pendens imperiũ meũ. dimiserit
hõiem qui dederit de semine suo
moloch. nec voluerit eum occidere:
ponã faciem meã sup illũ hõiem
et cognationẽ eius: succidam q;
ipm. et omnes qui consenserunt
ei ut fornicarentur cum moloch.
de medio popli sui. Anima que de
clinauerit ad magos et arriolos. et
fornicata fuerit cum eis: ponam
faciem meã contra eam. et interfi
ciam illã de medio popli sui. Sẽ
ficamini et estote sancti: q̃a ego
sãs sum dñs ds̃ ur̃. Custodite pre
cepta mea. et facite ea: q̃a ego sum
dñs qui sanctifico uos. Qui male
dixerit patri suo aut matri: morte
moriatur. Qui patri matri q; ma
ledixerit: sanguis eius sit sup eũ.
Si mechatus quis fuĩt cum uxore
alterius. et adulterũ ppetrauĩt
cum uxore proximi sui: morte mo
riatur et mechus et adultã. Qui
dormierit cũ nouerca sua. et reue
lauerit ignominiã patr̃s sui: mor
te moriantur ambo. Sanguis eor̃:
sit sup eos. Si q̃s dormierit cũ nuru
sua: uterq; moriatur: quia scelus
operati sunt. Sanguis eor̃: sit sup
eos. Qui dormierit cũ masculo co
itu femineo uterq; operatus ẽ nefas:
morte moriantur. Sanguis eorũ:
sit sup eos. Qui supra uxorem filiã
duxerit matrẽ eius. scelus operatus
est. Vruus ardebit cũ eis: nec rema
nebit tantũ nefas ĩ medio ur̃i. Qui
cũ iumento et pecore coierit. morte
moriatur: pecus quoq; occidite.
Mulier que succubuerit cuilibet iu
mento: simul interficietur cum eo.
Sanguis eor̃: sit sup eos. Qui acce
perit sororem suam. filiã patris
sui uel filiam matris sue. et uide
rit turpitudinẽ eius. illa q; conspe
xerit fratris ignominiã: nefariam
rem operati sunt. Occidentur ambo ĩ
conspectu popli sui. eo q̃d turpitu
dinẽ suã mutuo reuelauerint: et
portabunt iniquitatẽ suam. Qui
coierit cũ muliere in fluxu mẽstruo.
et reuelauerit turpitudinem eius
ipsa q; aperuerit fontem sanguinis
sui: interficientur ambo de medio
popli sui. Turpitudinẽ matrĩs
et amitę tue: nõ discoopries. Qui
hoc fecerit ignominiã carnis sue
nudauit: portabũt ambo iniqui
tatem suã. Qui coierit cũ uxore
patrui uel auunculi sui. et reuela
uerit ignominiã cognationis sue:
portabunt ambo pẽcm suũ: absq;
liberis morientur. Qui duxerit uxo
rem fratris sui: rem facit illicitã.
Turpitudinẽ fratris sui reuela
uit: absq; liberis erunt. Custodite
leges meas atq; iudicia. et facite
ea: ne et uos euomat tra quã in
traturi estis et habitaturi. Nolite
ambulare in legitimis nationũ:
quas ego expulsurus sũ ante uos.
Omnia enĩ hec fecerunt: et abho
minatus sũ eas. Vobis autem lo
quor. Possidete terrã eor̃ quam
dabo uobis in hereditatem: terrã

fluentē lacte et melle. Ego dñs
ds ūr: qui sepaui uos a ceteris po
pulis. Separate ergo et uos ume
tum mundū ab īmundo. et auem
mundā ab īmunda: ne polluatis
animas uras in pecore. et in auib;
et in cunctis que mouentur in tra
et que uobis ostendi esse polluta.
Cētis sancti m. quia scs ego sum
dñs: et sepaui uos a cētis poplis
ut esseris mei. Vir siue mulier in
quib; phitonicus. uel diuinatōis
fuerit spiritus: morte moriantur.
Lapidib; obruent eos: sanguis
eor sit super illos. XXI
Dixit q; dñs ad moysen. Loqre
ad sacerdotes filios aaron: z
dices ad eos. Non contamineur
sacerdos in mortib; ciuū suorū.
nisi tantū in consanguineis ac p
pinquis; ideſt super matre z patre.
et filio ac filia. fratre quoq; et so
rore uirgine que nō est nupta u
ro. Sed nec in principe popli sui
contaminabitur. Non radent ca
put nec barbam: neq; in carnib;
suis facient incisurā. Sancti erūt
deo suo: et nō polluent nomē ei.
Incensū eni domini sui et panes
dei sui offerunt: et ideo sancti e
runt. Scortum et uile pstibulū
nō ducet uxorem; nec eam que
repudiata est a marito: quia con
secratus est deo suo. et panes pro
positionis offert. Sit ergo sanctus:
quia et ego sanctus sum dñs. qui
sanctifico uos. Sacerdotis filia
si deprehensa fuerit in stupro. z uo
lauerit nomē patris sui: flāmis ex
uretur. Pontifex ideſt sacerdos
maximus inter frēs suos. super ca
put cuius fusum ē unctionis ole
um. et cuius manus in sacerdotio
consecrate sunt. uestitus q; est scis
uestib; z caput suū non discooperet.
uestimenta nō scindet: et ad om
nē mortuū non ingredietur oino.
Sup patre quoq; suo et matre nō
contaminabitur; nec egredietur
de scis. ne polluat sanctuariū dñi:
quia oleum sce unctionis dei sui
sup eum est. Ego dñs. Virginē du
cet uxorem. uiduam et repudiatā.
et sordidam atq; meretricem non
accipiet: sed puellam de poplo suo.
Non cōmisceat sturpem genus sui
uulgo gentis sue: quia ego dñs q
sanctifico eū. Locutus q; est dñs
ad moysen: dicens. Loquere ad aa
ron. Homo de semine tuo p fami
lias qui habuerit maculam non
offeret panes deo suo: nec accedet
ad ministerū eius. Si cecus fuer.
si claudus. si uel paruo ul' grandi
et torto naso. si fracto pede uel
manu; si gibbosus ul' lippus: si
albuginem habens in oculo. si u
gem scabiem. si impetiginē in cor
pore. uel hernosus. Omnis qui
habuerit maculā de semine aa
ron sacerdotis: nō accedet offre
hostias dño. nec panes deo suo.
Vescetur tam panib; qui offerun
tur in sctuario; tra dumtaxat ut
intra uelum non ingrediatur. si
accedat ad altare quia maculam

habet: et contaminare non debet sanctuariū meū. Ego dñs qui scī fico eos. Locutus est ergo moysēs ad aaron et filios eius. et ad om nē israel: cuncta que sibi fuerant imperata.

XXII

Locutus q̄ est dñs ad moysen: dicens. Loquere ad aaron et ad filios eius. ut caueant ab hys que consecrata sunt filioꝝ israel: et non contaminent nomen scī fica toꝝ m̄. que ip̄i offerunt. Ego dñs. Dic ad eos: et ad posteros eoꝝ. Om nis homo qui accesserit de stirpe uīa ad ea que consecrata sunt. et que obtulerunt filij israel domino. in quo est īmundicia: peribit co ram dño. Ego sum dñs. Homo de semine aaron qui fuerit leprosus aut patiens fluxum seminis: nō uescetur de his que scīficata sunt michi: donec sanetur. Qui tetige rit īmundū sup mortuo et ex quo egredit̄ semen quasi cortus. et q̄ tanger reptile. et q̄libet īmundū. cuius tactus est sordidus: immūdus erit usq; ad uesperū: et nō uescetur his que scīficata sūt. Sed cū lauerit carnē suam aqua et occu buerit sol. tunc mūdatus uescetur de scīficatis: quia cibus illius est. Morticinū et captū a bestia non comedet: nec polluetur ī eis. Ego dñs. Custodient p̄cepta mea: ut nō subiaceant pēcō. et moriantur in sanctuario cū polluerint illō. Ego dñs qui sanctifico uos. Omnis a lienigena: nō comedet de scīfica tis. Inquilinus sacerdotis et mercenarius: nō uescentur ex eis. Quē autē sacerdos emerit. et qui ūnacu lus domus eius fuerit: hi comedēt ex eis. Si filia sacerdotis cuiuslibet ex populo nupta fuerit: de hys q̄ sanctificata sunt et de p̄micijs nō uescet̄tur. Sin autē uidua uel re pudiata et absq; liberis reūsa fue rit ad domū patris sui: sicut puel la consueuerat. edetur cibis patris sui. Omnis alienigena: comeden di ex eis nō habet potestatē. Qui comederit de sanctificatis p ignoratiā: addet quintā partem cū eo q̄d comedit. et dabit sacerdo ti sanctuario. Nec cōtaminabūt scī ficata filioꝝ israel que offerūt dño: ne forte sustineant iniquitatē de licti sui. cū sanctificata comederint. Ego dñs qui scīfico eos. Locutus est dñs ad moysen: dicens. Loqre ad aaron et filios eius. et ad oēs filios israel: dices q̄ ad eos. Homo de domo israel. et de aduenis qui habitant apud eos. qui obtulit oblationē suam uel uota soluens. uel sponte offerens: quicq̄d illud obtulerit in holocaustū domini. ut offeratur p uos: masculus im maculatus erit. ex bobus et ouib; et ex capris. Si macula habuerit. non offeretis: neq; erit acceptabi le. Homo qui obtulerit uictimam pacificoꝝ dño. uel uota soluens uel sponte offerens. tam de bobus q̄m de ouib; ī maculatū offeret. ut acceptabile sit. Omnis macula

nō erit in eo. Si cecū fuer. si fractū. si cicatricem habens. si papulas aut scabiem. uel impetiginē; nō offeretis ea dño: neq; adolebitis ex eis sup altare dñi. Bouem et ouem. aure et cauda amputatis: uoluntarie offerre poterit. Votū aut̄ ex his solui nō poterit. Omne animal qđ uel contritis ul' tunsis uel fractis ablatusq; testiculis est. nō offeretis dño: et in terra tua hoc omnino nō facietis. De manu alienigenę non offeretis panes deo uro; et quicqđ aliud dare uoluerit: quia corrupta et maculata sunt omnia. non suscipietis ea. Locutusq; est dñs ad moysē: dicens. Bos. ouis et capra. cum genita fuerint: septem diebus erunt sub ubere matris sue. Die aut̄ octauo et deinceps: offerri poterunt dño. Siue illa bos siue illa ouis: nō immolabitur una die cū fetibus suis. Si immolauitis hostiā pro grāz actione dño: ut possit esse placabilis. eodem die comedetis eam. Non remanebit quicquā in mane diei alterius. Ego dñs. Custodite mādata mea: et facite ea. Ego dñs. Ne polluatis nomen meū sanctū: ut sanctificer in medio filioz isrl'. Ego dñs qui sanctifico uos. et eduxi de terra egypti: ut ēem uobis in dñm. Ego dominus.

XXIII

Locutus est dñs ad moysen dicens. Loquere filys isrl': et dices ad eos. Hec sunt feste dñi: quas uocabitis scās. Sex diebus facietis opus: dies septimus qa sabbati requies est. uocabitur scās. Omne opus nō facietis in eo. Sabbatū domini est: in cunctis habitatōibus uris. Hec sunt ergo feste domini sce: quas celebrare debetis temporibus suis. Mense primo quartadecima die mensis ad uesperū. phase dñi est: et quintadecima die mensis huius sollempnitas azimoz dñi est. Septem diebus azima comedetis. Dies primus: erit uobis celebernim. scūsq;. Omne opus seruile non facietis in eo: sed offeretis sacrificiū in igne dño septem diebus. Dies autem septimus erit celebrior et sanctior: nullūq; seruile opus facietis in eo. Locutusq; est dñs ad moysen: dicens. Loqre filys isrl': et dices ad eos. Cum ingressi fuerit terrā quā ego dabo uobis. et messuerit segetem: feretis manipulos spice primicias messis ure ad sacerdotem. Qui eleuabit fasciculū coram dño. ut acceptabilis sit p uobis altero die sabbati: et sanctificabit illū. Atq; in eodem die quo manipulus consecratur. offeretur agnus immaculatus anniculus in holocaustū dñi; et libamēta offerentur cū eo: due decime simile cōsperse oleo. in incensū domini odor remq; suauissimū. liba quoq; uini quarta pars hyn. Panem et polentam et pultes nō comedetis ex segete: usq; ad diem quo offeretis ex ea deo uro. Preceptū est sempi

ternū: in generationib; uīs. cunctis
q; habitaculis uīs. Numerabitis
ergo ab altero die sabbati. in quo
obtulistis manipulū primiciarū
septem ebdomadas plenas. usq;
ad alterā diem expletionis ebdoma
de septime. id est quinquaginta di
es: et sic offeretis nouū sacrificiū
dño ex omnib; habitaculis uīs:
panes primiciay duos de duab;
decimis simile fermentate. quos
coquetis in primicias dño. Offere
tisq; cū panib; septem agnos im
maculatos anniculos. et uitulū
de armento unū. et arietes duos;
et erunt in holocaustū cū libamen
tis suis: in odorem suauissimū do
mino. Facietis et hircum pro pcō:
duosq; agnos anniculos hostias
pacificoy. Cūq; eleuauerit eos sa
cerdos cum panib; primiciay coram
dño: cedent in usum eius. Et uo
cabitis hunc diem celeberrimū:
atq; sanctissimū. Omne opus ser
uile nō facietis in eo. Legitimū
sempiternū erit: in cunctis habi
taculis et generationib; uīs. Post
quā autē messuerit segetem tre
uīe. nō secabitis eam usq; ad solū;
nec remanentes spicas colligetis:
sed pauperib; et pegrinis dimitte
tis eas. Ego dñs deus uīr. Locutus
q; est dñs ad moysen: dicens. Lo
re filys isrl. Mense septimo. prima
die mensis. erit uobis sabbatum
memoriale clangentib; tubis: et
uocabitur scīm. Omne opus ser
uile nō facietis in eo: et offeretis
holocaustū dño. Locutus q; est do
minus ad moysen: dicens. De
cimo die mensis huius septimi;
dies expiationū erit celeberrimus:
et uocabitur scīs. Affligetis q; a
nimas uras in eo: et offeretis ho
locaustū dño. Omne opus nō fa
cietis in tempore diei huius; q; a
dies propiciationis est: ut propi
cietur uobis dñs ds uīr. Omnis a
nima que afflicta non fuerit die
hoc: peribit de poplis suis. Et que
operis quippiam fecerit: delebo
eam de populo suo. Nichil ergo
operis facietis in eo. Legitimū
sempiternū erit uobis: in cunctis
generationib; et habitatoīb; uīs.
Sabbatū requietionis est: affli
getis animas uras. Die nono mē
sis: a uespere usq; ad uesperū cele
brabitis sabbata ura. Et locutus
est dñs ad moysen: dicens. Loqre
filys isrl. A quintodecimo die mē
sis huius septimi: erunt ferie ta
bernaculoy. septē diebus dño. Dies
primus. uocabitur celeberrimus: atq;
scīssimus. Omne opus seruile nō
nō facietis in eo: et septē di
ebus offeretis holocausta do
mino. Dies quoq; octauus erit ce
leberrimus atq; sanctissimus: et
offeretis holocaustū dño. Est enī
cetus atq; collecte. Omne opus ser
uile nō facietis ī eo. Hec sūt ferie
dñi: quas uocabitis celeberrimas
atq; sanctissimas. Offerentisq; in
eis oblationes dño. holocausta et
libamina iuxta ritū unicuiq; diei;

excepti sabbatis domini. tonsq; uris: et que offeris ex uoto. uel que sponte tribuitis dño. A quintodecimo ergo die mensis septimi. quido congregaueritis omis fructus terre ure: celebrabitis feias dñi septē diebz. Die primo et die octauo: erit sabbatū idest requies. Sumetisq; uobis die primo fructus arboris pulcherrime. spatulas q; palmaz et ramos ligni densaz frondiū. z salices de torrente: et letabimini coram dño deo uro. celebrabitisq; sollempnitatē eius. septem diebz: p annū. Legitimū sempiternū erit: in generationibz uris. Mense septimo festa celebrabitis: et habitabitis in umbraculis. septem diebz. Omnis qui de genere isrl' est manebit in tabernaculis: ut discant posteri uri quod in tabernaculis habitare fecerim filios israel: cū educerē eos de terra egipti. Ego dñs deus ur. Locutusq; est moyses sup sollempnitatibz domini: ad filios israel.

Et locutus est dñs ad moysen: dicens. Precipe filiis isrl' ut afferant tibi oleū de [redacted] olivis purissimū ac lucidū: ad concinnandas lucernas iugiter extra uelū testimonij. i tabnaculo federis. Ponet q; eas aaron a uespere usq; in mane coram dño: cultu rituq; perpetuo. in generationibus uris. Sup candelabrū mundissimū ponentur semp: in conspectu dñi. Accipies quoq; similam et coques ex ea duodecim panes: qui singuli habebūt duas decimas. Et ponos altrinsecus sup mensam purissimā coram dño statues: et pones sup eos thus lucidissimū: ut sint panes in monumentū oblationis dñi. Per singula sabbata mutabuntur coram dño: suscepti a filiis isrl' federe sempiterno. Erunt q; aaron et filioz eius. ut comedant eos in loco scō: quia scīm sanctoz est de sacrificiis dñi iure perpetuo. Exiit autē egressus filius mulieris isrlitidis. quē peperat de uiro egipcio inter filios israel. uigatus est in castris cum uiro isrlita. Cūq; blasphemaret nomen dñi. z maledixisset et: adductus est ad moysen. Vocabatur autē mater eius salumith. filia dabri: de tribu dan. Miseruntq; eum i carcerem: donec nossent quid uoluerit dñs. Quo locutus est ad moysen: dicens. Educ blasphemū extra castra: et ponāt omnes qui audierunt manus suas sup caput eius: et lapidet eū uniuersus populs. Et ad filios isrl' loqueris. Homo homo qui male dixerit deo suo: portabit peccatū suū. Et qui blasphemauerit nomen dñi: morte moriatur. Lapidibz obruet eū: omnis populs multitudo. Sive ille ciuis. sive peregrinus fuerit. qui blasphemauerit nomen dñi: morte moriatur. Qui percusserit et occiderit hoīem: morte moriatur. Qui percusserit animal. reddet uicariū. idest animā pro

aīa. Qui irrogauerit maculā ciui
libet ciuiū suoꝝ: sicut fecit sic fiet
ei. ſfractura pro fractura; oculū
pro oculo: dentem pro dente reſti
tuet. Qualem inflixerit maculā:
talem ſuſtinere cogetur. Qui p
cuſſerit iumentū: reddet aliud.
Qui peuſſerit hoīem: puniet̄ur.
Eq̄ū iudiciū ſit inter uos. ſiue
pegrinus ſiue ciuis peccauerit:
quia ego ſum dñs deus uīr. Locu
tusq; eſt moyſes ad filios iſrl. et
eduxerunt eū qui blaſphemaue
rat. extra caſtra: ac lapidib; op
preſſerunt. Fecerunt̄q; filij iſrl:
ſicut p̄cepat dñs moyſi.

XXV

Locutusq; eſt dñs ad moyſen
in monte ſynai: dicens. Loq̄
re filijs iſrl: et dices ad eos. Cū
ingreſſi fueritis terrā quam ego
dabo uobis: ſabbatizetis ſabba
tū domini. Sex annis ſeres agrū
tuū; et ſex annis putabis uineā
tuam: colliges q; fructus ei. Sep
timo aut̄ anno: ſabbatum erit
terre requietionis dñi. Agrū nō
seres: et uineā non putabis. Que
ſponte gingnit humus. nō meres;
et uuas p̄miciꝝ tuaꝝ quaſi in
uindemia nō colliges. annus enī
requietionis terre eſt: ſed erunt
uobis in cibum. tibi et ſeruo tuo.
et ancille tue et mercennario tuo. et
aduene qui pegrinatur apud te.
Jumentis et pecorib; tuis omnia
que naſcūtur p̄bebunt cibū. Nu
merabis quoq; tibi ſept̄ ebdoma
das annoꝝ. ideſt ſept̄ ſepties. que
ſimul faciunt annos q̄draginta
nouem; et clanges bucina meſe
ſeptimo. Et die decima. meſis p̄pi
ciationis tempore: in uniuerſa
terra uīa. Sanctificabis q; annū
q̄nquageſimū: et uocabis remiſ
ſionē cunctis habitatorib; tre tue.
Jpſe eſt enī iubileus. Reūtetur ho
mo ad poſſeſſionē ſuā; et unuſq̄ſq;
rediet ad familiā priſtinā: quia
iubileus eſt. et q̄nquageſimus an
nus. Non ſeretis neq; metetis
ſponte in agro naſcentia; et p̄mi
cias uindemie nō colligetis ob ſcī
ficationē iubilei: ſed ſtatim abla
ta comedetis. Anno iubilei: rede
ant oēs ad poſſeſſiones ſuas. Cū
do uendes quippiam ciui tuo uel
emes ab eo. ne contriſtes frēm tu
um; ſed iuxta numerū annoꝝ iu
bilei emes ab eo: et iuxta ſuppu
tationē frugū uendet tibi. Cūq;
plures anni remanſerint poſt iu
bileum: tanto creſcet et p̄ciū. Et
quanto minus temporis numa
ueris: tanto minus et empcio cō
ſtabit. Tempus enī frugū uendet
tibi. Nolite affligere cōtribules
uōs. ſed timeat unuſquiſq; dm
ſuū: quia ego dñs d's uīr. Facite
p̄cepta mea. et iudicia mea cuſto
dite. et implete ea; ut habitare
poſſitis in terra abſq; ullo pauore:
et gingnat uobis humus fructus
ſuos. quib; ueſcamini uſq; ad ſa
turitatem. nullius impeū formi
dantes. Cū ſi dixeritis quid co
medemus anno ſeptimo ſi non

seuerimus neq; collegerim fruges
nras: dabo benedictionē mea uo
bis anno sexto. et faciet fructus
trium annoz. Seretisq; anno oc
tauo: et comedetis fruges ueres
usq; ad nonū annū. Donec noua
nascantur: edetis uetera. Terra
quoq; nō uendetur in perpetuū
quia mea est: et uos aduene 7 co
loni mei estis. Unde cuncta regio
possessionis ure: sub redemptio
nis conditione uendetur. Si atte
nuatus frater tuus uenditerit
possessiunculā suam. et uoluit
ppinquus eius: potest redimere
quod ille uenditerat. Sin autē
non habuerit proximū. et ipe p
cium ad redimendū potuerit in
uenire; computabūtur fructus ex
eo tempore quo uenditit. et qd
reliquū est reddet emptori: sicq;
recipiet possessionē suam. Quod
si non inuenerit manus ei ut red
dat pretiū: habebit emptor quod
emerat usq; ad annū iubileum.
In ipo enī omnis uenditio redibit
ad dnm: et ad possessorem pristi
nū. Qui uenditerit domū intra
muros urbis: habebit licentiā re
dimendi. donec unus annus im
pleatur. Si nō redemerit. 7 anni
circulus fuerit euolutus; emptor
possidebit eam et posteri eius in
perpetuū: et redimi non poterit
etiam in iubileo. Si aūt in ulla
fuerit domus que muros nō ha
bet: agroz ure uenditur. Si ante
redempta nō fuerit: in iubileo
reūtetur ad dnm suū. Ces leuitaz
que in urbibz sunt semp possunt
redimi. Si redempte non fuerint.
in iubileo reūtentur ad dnos: qa
domus urbiū leuitaz pro possessio
nibz sunt inter filios isrl. Suburba
na aut eoz nō uenient quia pos
sessio sempiterna est. Si attenua
tus fuerit frater tuus et infirmus
manu. et suscepis eum quasi ad
uenā et pegrinū. et uiuet tecū:
ne accipias ab eo usuras. nec am
plius quā dedisti. Time dnm dm
tuū: ut uiuere possit frater tuus a
pud te. Pecuniam tuā non dabis
ei ad usuram: et frugum supha
bundantiā non exiges. Ego dns
ds ur qui eduxi uos de tra egipti;
ut darem uobis terrā chanaan: et
eēm deus ur. Si pauptate compul
sus uenditerit se tibi frater tuus;
nō eum oppmes seruitute famulo
tū: sed quasi mercennarius et co
lonus erit. Usq; ad annū iubileū
opabitur apud te: et postea egre
dietur cū liberis suis. et reūtetur
ad cognationē. et ad possessionem
patrum suoz. Mei enī serui sunt:
et ego eduxi eos de terra egipti.
Non uenient conditionē seruoz.
Ne affligas eum p potentiā: sed
meruto dnm dm tuū. Seruus et
ancilla sint uobis de nationib;
que in circuitu uīo sunt. et de ad
uenis qui pegrinantur apd uos:
uel qui ex his nati fuūt in tra
uīa. Hos habebitis famulos. et
hereditario ure tīlimitetis ad

posteros: ac possidebitis in eōn.
Frēs autē uōs filios isrl: ne op
primatis p potentiā. Si ūalue
rit apud uos manus aduene atq;
pegrini. et attenuatus frāt tuus
uendident se ei. aut cuiqm de stir
pe eius: post uenditionem potest
redimi. Qui uoluerit ex frībz suis
redimat eū: et patruus et patruelis.
et consanguineus et affinis. Si
autē et ipse potuerit. redimet se. sup
putatis dūtaxat annis a tempore
uenditionis sue usq; in annū iubi
leum: et pecunia qua uenditus
fuerat uxta annoz numerū. 7 ra
tione mercennarij supputata. Si
plures fuerint anni qui remanent
usq; ad iubileum: secūm hoc reddet
et precū. Si pauci. ponet rationē
cum eo uxta annoz numerū; et
reddet empton quod reliquū est:
annoz quibz ante seruuit mercedi
bus imputatis. Non affliget eum
uiolenter: in conspectu tuo. Ad si
p hec redimi nō potuerit: anno iu
bileo egredietur cū libis suis. Mei
eīn sunt serui filij isrl: quos eduxi
de terra egipti. Ego dīs deus ūr.

Non facietis ydolū et XXVI
sculptile; nec titulos erigetis:
nec insignē lapidem ponetis in tra
ūa ut adoretis eū. Ego enī sum do
minus dīs ūr. Custodite sabbata
mea: et pauete ad scūarium meū.
Ego dīs. Si in pceptis meis am
bulaueritis. et mandata mea custo
dieritis. et feceritis ea: dabo uobis
pluuiā temporibz suis. et tra gin
guet germen suū: et pomis arbores
replebitur. Apphendet messiū tritu
ra undemiā: et undemia occupa
bit sementē. Et comedetis panem
ūm in saturitate: et absq; pauore
habitabitis in terra ūra. Dabo pa
cem in finibz ūris. Dormietis. et nō
erit qui exterreat. Auferam malas
bestias: et gladius nō transibit ter
minos uōs. Persequemini inimi
cos uōs: et corruent coram uobis.
Persequētur quinq; de uōis centum
alienos: et centū ex uobis decem
milia. Cadent inimici ūri gladio:
in conspectu uro. Respiciam uos:
et crescere faciam. Multiplicabimi
ni: et firmabo pactū meū uobiscū.
Et comedetis uetustissima uetertū:
et uetera nouis supuenientibz proi
cietis. Ponam tabernaculū meum
in medio ūri: et nō abiciet uos aīa
mea. Ambulabo inter uos et ero
ūr deus: uos q; eritis mihi popl's.
Ego dīs deus ūr. qui eduxi uos de
terra egipti ne seruiretis eis: et
qui confregi catenas cerui ūray.
ut incederetis erecti. Quod si non
audieritis me. nec feceritis omnia
mandata mea. et si spreueritis le
ges meas. et iudicia mea contemp
seritis. ut nō faciatis ea que a me
constituta sunt. et ad irritum pdu
catis pactum meū: ego quoq; hec
faciam uobis. Visitabo uos uelocit
in egestate et ardore: qui conficiat
oculos uōs. et consumat animas
ūras. Frustra seretis sementē: que
ab hostibz deuorabitur. Ponam fa

08

ciem meā contra uos: et corruetis
coram hostib; uīis. et subiacebitis
his qui oderunt uos. Fugietisq; :
nemine psequente. Si autē nec
sic obedieritis mihi; addam cor
ctiones uīas septuplū propt̄ pēca
uīa: et conteram superbiam duritie
uīe. Dabo q; celum uobis desuper
sicut ferrū: et terrā eneam. Consu
metur in cassum labor uī. Non p
feret terra germen: nō arbores po
ma p̄bebunt. Si ambulaueritis ex
aduerso mihi. nec uolueritis audi
re me: addam plagas uīas usq; in
septuplū propter pēca uīa. Emit
tamq; in uos bestias agri. que cō
sumant et uos et pecora uīa; et ad
paucitatē cuncta redigant: deser
teq; fient uie uīe. Quod si nec sic
uolueritis recipere disciplinā. sed
ambulaueritis ex aduerso mihi;
ego quoq; contra uos adūsus incē
dam. et paciam uos septies ꝓpter
pcta uīa: inducamq; sup uos
gladiū. ultorem federis mei. Cūq;
confugeritis in urbes: mittā pesti
lentiam i medio uī. Et trademini
hostili manib; postquā cōfregero
baculū panis uī; ita ut decem
mulieres in uno clibano coquant
panes: et reddant eos ad pondus.
Et comedetis: et nō saturabimini.
Si autē nec p hec audieritis me.
sed ambulaueritis contra me: et ego
incedam adūsum uos i furore con
trario. Et corripiam uos septem
plagis ꝓpter pcta uīa: ita ut
comedatis carnes filioꝝ uoꝝ et fi
liaꝝ uāꝝ. Destruā excelsa uīa: et
simulacra uīa confringā. Cadetis
inter ruinas ydoloꝝ uoꝝ; et abho
minabitur uos aīa mea. in tantū
ut urbes uīas redigam in solitu
dinē. et deserta faciam sanctuaria
uīa: nec recipiam ultra odorem
suauissimū. Dispdamq; terrā ues
tram: et stupebunt sup ea inimici
uī. cū habitatores illius fuerint.
Vos autē dispdam in gentes: et e
uaginabo post uos gladium. Erit q;
terra uīa deserta: et ciuitates dirute.
Tunc placebunt tre sabbata sua:
cunctis diebꝫ solitudinis sue. Cū
do fueritis in terra hostili. sabbati
zabit et requiescet in sabbatis soli
tudinis sue: eo qđ non requieuerit
in sabbatis uīis. quando habitaba
tis in ea. Et qui de uobis remanse
rint: dabo pauorem i cordib; eoꝝ.
in regionib; hostiū. Terrebit eos
sonitus folij uolantis: et ita fugi
ent quasi gladiū. Cadent nullo p
sequente: et corruent singuli super
frēs suos. quasi bella fugientes. Ne
mo uīm: inimicis audebit resistē.
Peribitis inter gentes: et hostilis
uos terra consumet. Quod si et de
his aliqui remanserint. tabescent
in iniquitatib; suis in tra inimicoꝝ
suoꝝ; et propter pcta patrū suoꝝ et
sua affligentur: donec cōfiteantur
iniquitates suas et maloꝝ suoꝝ
quib; p̄uaricati sunt in me. et am
sonitarum. Caath: a quo fami
lia caathitarum. Merari: a quo
familia meraritarū. Hec sūt fa
milie leui. Familia lobni. fami
lia ebroni. familia mooli. fami
lia musi. familia chore. At uero
caath: genuit amram. qui habu
it uxorem iochabeth filiam leui:
que nata est ei in egipto. Hec ge
nuit uiro suo amram. filios: aa
ron et moysen. et mariā sororem
eor. De aaron: orti sunt nadab.
et abiu. et eleazar. et ythamar.
Quor nadab et abiu mortui sē.
cum obtulissent ignem alienum
coram dño. Fuerunt; omēs qui
numerati sunt uiginti tria mi
lia generis masculini. ab uno mē
se et supra: qui nō sunt recensiti
inter filios isrl'. nec eis cū ceteris
data est possessio. Hic est nume
rus filior isrl': qui descripti sūt
a moyse et eleazaro sacerdote:
in campestribus moab. iuxta iorda
nem contra iericho. Inter quos
nullus fuit eor qui ante nume
rati sunt a moyse et aaron: in
deserto synai. Predixerat enim
dñs: quod omnes morerentur
in solitudine. Nullusq; reman
sit ex eis: nisi caleb filius iephu
ne. et iosue filius nun.

CAPVT XXVII

Accesserunt autem filie sal
phaad filij epher. filij ga
laad. filij machir. filij manasse
qui fuit filius ioseph: quarum
sunt nomina maala et noa et
egla et melcha et thersa. Stete
runtq; coram moyse et eleazaro
sacerdote et cunctis principib;
populi ad ostium tabernaculi
fedens: atq; dixerunt. Pater
noster mortuus est in deserto; ni
si fuit in seditione que concitata ē
contra dñm sub chore: sed in
peccato suo mortuus ē. Hic nō
habuit mares filios. Cur tolli
tur nomen illius de familia sua
quia nō habet filium? Date
nobis possessionem: inter cog
natos patris nri. Retulitq; mo
yses causam earū: ad iudicium
dñi. Qui dixit ad eum. Justam
rem postulant filie salphaath.
Da eis possessionē. inter cogna
tos patris sui: et ei in hereditā
tem succedant. Ad filios aūt isrl':
loqueris hec. Homo cū mortuus

fuerit absq; filio: ad filiam eius
transibit hereditas. Si filiā nō
habuerit: habebit successores
frēs suos. Quod si et frēs nō fu
erint: dabitis hereditatē frib;
patris eius. Sin autem nec pa
truos habuerit: dabitur hereditas
hys qui proximi sūt. Erit q;
hoc filys isrl' sanctum lege per
petua: sicut precepit dñs moysi.
Dixit quoq; dñs ad moysen. Ascende in montē istum abarim:
et contemplare inde terram quā
daturus sum filys isrl'. Cumq;
uideris eam. ibis et tu ad plm
tuū sicut uult frater tuus aaron:
qua offendistis me ī deserto syn
in contradictione multitudinis.
nec sanctificare me uoluistis coram
eis sup aquas. Hec sunt aque cō
tradictionis: in chades deserti
syn. Cui respondit moyses. Pro
uideat dñs deus spuum omnis
carnis hōiem qui sit sup multi
tudinē hanc. et possit exire et ī
trare ante eos. et educere illos
uel introducere: ne sit populus
dñi sicut oues absq; pastore. Dixit q; dñs ad eum. Tolle iosue
filium nun. uirum in quo ē spi
ritus dei: et pone manū tuam
sup eum. Qui stabit coram ele
azaro sacerdote: et omni multi
tudine. Dabisq; ei pcepta cunc
tis uidentib; et partem gle tue:
ut audiat eum omnis synagoga
filioz isrl'. Pro hoc: siqd agendū
erit. eleazar sacerdos consulet
dñm. Ad uerbū eius egredietur et
ingredietur ipe et omnes filii isrl'
cum eo: et cetera multitudo. Fe
cit moyses: ut preceperat dñs.
Cumq; tulisset iosue. statuit eū
coram eleazaro sacerdote et om̄
frequentia pli; et impositis ca
piti eius manib; cuncta repli
cauit que mandauerat dominus.

Dixit quoq; dñs ad moysen. Precipe filiis isrl': et duces ad eos. Oblationē
meam et panes et incensum odo
ris suauissimi: offerte p tempa
sua. Hec sunt sacrificia: que of
ferre debetis. Agnos anniculos
immaculatos duos. cotidie ī ho
locaustum sempiternū; unum
offeretis mane. et alterum ad
uespam: decimā partem ephi
simile. que conspersa sit oleo pu
rissimo. et habeat quartā par
tem hyn. Holocaustum uge est
quod obtulistis in monte synai:
in odorem suauissimum incensi
dño. Et libabitis uini quartā
partem hyn p agnos singulos:
in sancto dñi. Alterum q; agnum
similiter offeretis ad uesperam
iuxta omnē ritum sacrificii ma
tutini et libamentoz eius: obla
tionem suauissimi odoris dño.
Die aūt sabbati offeretis duos
agnos anniculos īmaculatos; et
duas decimas simile oleo cōsper
se in sacrificio: et liba que iuxta fi
dentur p singula sabbata: in
holocaustū sempiternū. In ka

lendis aũt id est in mensiũ exor
dys. offeretis holocaustum dño;
uitulos de armento duos. Arie
tem unũ. agnos anniculos septẽ
immaculatos: et tres decimas si
mile oleo conspersę. in sacrificio p
singulos uitulos. et duas decimas
simile conspersę oleo. p singulos
arietes. et decimã decime simile
ex oleo. in sacrificio p agnos singv
los. Holocaustũ suauissimi odo
ris atq; incensi est dño. Libamẽ
ta aũt uinu que p singulas fun
denda sunt uictimas: ista erũt.
Media pars hyn p singulos ui
tulos; tercia p arietem: quarta
p agnum. Hoc erit holocaustũ
per oms menses: qui sibi anno
uertente succedunt. Hircus q̃q;
offeretur dño pro peccatis ĩ ho
locaustum sempiternũ: cum li
bamentis suis. Mense autẽ pri
mo quartadecima die mensis.
phase dñi erit: et q̃ntadecima
die sollempnitas. Septẽ diebꝫ
uescentur azimis: quarũ dies
prima uenerabilis et sancta erit.
Omne opus seruile: nõ facietis
in ea. Offeretisq; incensũ holo
caustum dño. uitulos de armẽto
duos. arietem unũ. agnos ãni
culos ĩmaculatos septem; et sa
crificia singulor ex simila que cõ
spersa sit oleo. tres decimas per
singulos uitulos. et duas deci
mas p arietem. et decimam deci
me per agnos singulos id est p
septem agnos. et hircum p pcõ
unũ ut expietur pro uobis: ꝑter
holocaustum matutinũ qđ semp
offeretis. Ita facietis p singulos
dies septem dierum in fomitem
ignis. et in odorem suauissimũ
dño: qui surget de holocausto ⁊
de libationibꝫ singulor. Dies q̃q;
septimus: celeberrimus et scũs
erit uobis. Omne opus seruile
non facietis in eo. Dies etiam
primitiuor quando offeretis
nouas fruges dño expletis eb
domadibꝫ: uenerabilis et scã
erit. Omne opus seruile: non
facietis in ea. Offeretisq; holo
caustum in odorem suauissimũ
dño. uitulos de armento duos.
arietem unũ. et agnos annicu
los ĩmaculatos septem; atq; in
sacrificijs eor simile oleo conspẽ
se tres decimas p singulos uitu
los. p arietem duas. p agnos de
cimam decime. qui simul sunt
agni septem. hircum quoq; qui
mactatur pro expiatione: ꝑter
holocaustũ sempiternũ et liba
mina eius. Immaculata offeretis oĩa:
cũ libationibꝫ suis. XXIX.

Mensis etiam septimi prima
dies: uenerabilis ⁊ sancta
erit uobis. Omne opus seruile nõ
facietis in ea: qua dies clangor
is est et tubarum. Offeretisq; ho
locaustũ in odorem suauissimum
dño. uitulũ de armento unũ. ari
etem unum. agnos anniculos ĩ
maculatos septem: et in sacrifici
is eor simile oleo conspersę tres

decimas p singulos ututulos. duas decimas p arietem unam decimā p agnum. qui simul sunt agni septem. Et hircum p peccato qui offertur in expiationē pli. preter holocaustū kalendarum cū sacrificijs suis. et holocaustum sempiternū cum libationib; solitis. Hysdem ceremonijs offeretis in odorem suauissimū. incensum dño. Decima q; dies mensis huius septimi erit uobis sancta atq; uenerabilis: et affligetis animas uras. Omne opus seruile non facietis in ea. Offeretisq; holocaustū dño in odorem suauissimū. ututulum de armento unū. arietem unum. agnos anniculos imaculatos septem; et in sacrificijs eorum simile oleo consperse tres decimas p ututulos singulos. duas decimas p arietem. decimā decime p agnos singulos. qui sūt simul septem agni. et hircum pro peccato: absq; hys que offerri pro delicto solent in expiationem. et in holocaustum sempiternū. in sacrificio et libaminib; eor. Decima uero die mensis septimi. que uobis sancta erit atq; uenerabilis; omne opus seruile non facietis in ea: sed celebritis sollempnitatē dño septē diebz. Offeretisq; holocaustū in odorem suauissimū dño. ututulos de armento tredecim. arietes duos. agnos anniculos quatuordecim imaculatos; et in libamentis eor simile oleo consperse tres decimas p singulos ututulos. qui sunt simul ututuli tredecim. et duas decimas arieti uno id ē simul arietib; duob;. et decimā decime agnis singulis qui sunt simul agni quatuordecim. et hircū pro peccato: absq; holocausto sempiterno. et sacrificio et libamine eius. In die altero offeretis ututulos de armento duodecim. arietes duos. agnos anniculos immaculatos quatuordecim; sacrificiaq; et libamina singulor p ututulos et arietes et agnos rite celebrabitis. sed et hircum p peccato: absq; holocausto sempiterno. sacrificioq; eius et libamine. Die tertio offeretis ututulos undecim. arietes duos. agnos anniculos imaculatos quatuordecim; sacrificiaq; et libamina singulor p ututulos et arietes et agnos rite celebrabitis. et hircū pro peccato: absq; holocausto sempiterno. sacrificioq; eius et libamine eius. Die quarto offeretis ututulos decem. arietes duos. agnos anniculos imaculatos quatuordecim; sacrificiaq; et libamina singulor p ututulos et arietes et agnos rite celebrabitis. et hircum pro peccato: absq; holocausto sempiterno. sacrificioq; eius et libamine. Die quinto offeretis ututulos nouem. arietes duos. agnos anniculos imaculatos q

tuordecim; sacrificiaq; et libami
na singulor p uitulos et arietes
et agnos rite celebrabitis. et hir
cum pro pcō: absq; holocausto
sempiterno. sacrificioq; eius et li
bamine. Die sexto offerens uitu
los octo. et arietes duos. agnos
anniculos īmaculatos q̄tuorde
cim; sacrificiaq; et libamīa sin
gulor p uitulos et arietes et ag
nos rite celebrabitis. et hircum
pro peccato: absq; holocausto sem
piterno. sacrificioq; eius et liba
mine. Die septimo offerens uitu
los septem. arietes duos. agnos
anniculos īmaculatos q̄tuorde
cim; sacrificiaq; et libamina sin
gulor p uitulos et arietes et ag
nos rite celebrabitis. et hircum
pro peccato: absq; holocausto sem
piterno. sacrificioq; eius et liba
mine. Die octauo qui est celeber
rimus. omne opus seruile nō fa
cietis. offerentes holocaustū in
odorem suauissimū dño. uitulū
unū. arietem unū. agnos annu
culos īmaculatos septem; sacri
ficiaq; et libamina singulor p
uitulos et arietes et agnos rite
celebrabitis. et hircum pro pcō:
absq; holocausto sempiterno. sac
ficioq; eius et libamine. Hec offe
rens dño in sollempnitatib; uīs:
p̄ter uota et oblationes spontane
as. in holocausto. in sacrificio. in
libamine et in hostijs pacificis.

Narrauit quoq; moyses filijs isrl': omnia
que ei dñs imperat. Et locutus
est ad p̄ncipes tribuū filior isrl'.
Iste est sermo: quē precepit dñs.
Siquis uiror uotum dño uouerit.
aut se constrinxerit uramēto; nō
faciet irritum uerbū suum: sed
omne qđ promisit implebit. Mu
lier si quippiam uouerit et se cō
strinxerit uramento que est in
domo patris siu et in etate adh'
puellari; si cognouerit pater uo
tum qđ' pollicita est. et uramen
tū quo obligauit aīam suam. et
tacuerit: uota rea erit. quicquid
pollicita est et uouit: opere cō
plebit. Sin aūt statim ut audie
rit contradixerit pater; et uota
et uramenta eius irrita erunt:
nec obnoxia tenebitur sponsioni.
eo quod contradixerit pater. Si
maritum habuerit et uouerit a
liquid. et semel de ore eius ībū
egrediens aīam illius obligaue
rit uramento; quo die audierit
uir et nō contradixerit. uota rea
erit: reddetq; qđcumq; promise
rat. Sin aūt audiens statim cō
tradixerit. et irritas fecerit polli
citationes eius. uerbaq; quibus
obstrinxerat aīam suam: propi
cius erit ei dñs. Vidua et repudi
ata: quicquid uouerint reddent.
Uxor in domo uiri cum se uoto
constrinxerit et uramēto; si au
dierit uir et tacuerit. nec contra
dixerit sponsioni: reddet qđcūq;
promiserat. Sin aūt ex tempo
contradixerit; nō tenebitur pro

missionis rea. quia maritus cō
tradixit: et dñs ei propitius erit.
Si uouerit et iuramento se con
strinxerit. ut p ieiunii uel cete
rarum rerum abstinentiā affli
gat aīam suam: in arbitrio u
ri erit. ut faciat siue nō faciat.
Quod si audiens uir tacuerit.
et in alteram diem distulerit
sententiā; quicqd uouerat atq;
promiserat reddet: quia statim
ut audiuit tacuit. Sin aūt con
tradixerit postq̄m resciuit: por
tabit ipse iniquitatem eius. Iste
sunt leges quas constituit dñs
moysi inter uirum et uxorem;
inter patrem et filiam que in
puellari adhuc etate est: uel que
manet in parentis domo.

Locutusq; est dñs ad
moysen: dicens. Vlciscere
prius filios isrl' de madianitis:
et sic colligeris ad populū tuum.
Statimq; moyses. Armate in
quit ex uobis uiros ad pugnam:
qui possint ultionem dñi expe
tere de madianitis. Mille uiri
de singulis tribubz eligantur
ex isrl': qui mittantur ad bellū.
Dederuntq; millenos de singu
lis tribubz id est duodecim mi
lia expeditos ad pugnā: quos
misit moyses cū finees filio ele
azari. sacerdotis. Vasa q̄q; scā
et tubas ad clangendū: tradi
dit eis. Cumq; pugnassent cō
tra madianitas atq; uicissent;
omnes mares occiderunt. et re
ges eos: eui. et recem. et sur. et hur.
et rebe. quinq; principes gentis. Ba
laam quoq; filium beor: interfece
runt gladio. Ceperuntq; mulieres
eos et paruulos: omniaq; pecora
et cuncta supellectilem. Quicqd
habere poterant despoliati sūt:
tam urbes q̄m uiculos et castella
flamma consumpsit. Et tulerūt
p̄dam et uniuersa que ceperant tam
ex hominibz q̄m ex iumentis: et
adduxerunt ad moysen et ad e
leazarum sacerdotem. et ad om
nem multitudinem filioz isrl'.
Reliqua etiā utensilia portaue
runt ad castra in campestribus
moab iuxta iordanem: contra
iericho. Egressi sunt aūt moyses
et eleazar sacerdos et omnes p̄n
cipes synagoge. in occursum eoz:
extra castra. Iratusq; moyses p̄n
cipibz exercitus tribunis et cen
turionibz qui uenerant de bello:
ait. Cur feminas reseruastis? Nō
ne iste sunt que decepunt filios
isrl' ad suggestionē balaam. et p̄
uaricari fecerunt uos in dño sup
peccato phogor. unde et plagus
est populis. Ergo cunctos interfi
cite quicqd est generis masculini
etiam paruulos et mulieres que
nouerunt uiros in coitu. iugula
te. Puellas aūt et oīs feminas
uirgines reseruate uobis: et ma
nete extra castra septem diebz.
Qui occiderit hoiem uel occisū
tetigerit: lustrabitur die tertio
et septimo. Et de oī p̄da siue

uestimentū fuerit siue uas ⁊ aliquid in utensilia ꝑparatum · de capraꝝ pellibꝫ et pilis et ligno: expiabitur. Eleazar quoq; sacerdos ad uiros exercitus qui pugnauerant. sic locutus est. Hoc est ꝑceptum legis: qđ mandauit dñs moysi. Aurum et argentū · et es et ferrum · et stannū ⁊ plumbū · et omne quod potest transire ꝑ flammas: igne purgabitur. Quicqđ aūt ignem nō poterit sustinere: aqua expiationis sāctificabitur. Et lauabitis uestimēta uŕa die septimo: et purificati postea castra intrabitis. Dixit q; dñs ad moysen. Tolle sūmā eorum que capta sunt ab hōie usq; ad pecus. tu et eleazar sacerdos. et principes uulgi: diuidesq; ex equo predam inter eos qui pugnauerunt et egressi sunt ad bellum · et inter omnē reliq̄m multitudinē. Et separabis partem dño ab hys qui pugnauerūt et fuerunt in bello. unam animā de quingentis. tam ex hominibꝫ q̄m ex bobꝫ et asinis et ouibus; et dabis eam eleazaro sacerdoti: quia primicie dñi sunt. Ex media quoq; parte filioꝝ isrl̄. accipies quinquagesimū caput. hominū et boum · et asinoꝝ et ouium. cuctorꝝq; animantiū: et dabis ea leuitis qui excubant i custodijs tabernaculi dñi. Fecerunt q; moyses et eleazar: sicut preceperat dñs. Fuit aūt preda quā exercitus ceperat: ouiū sexcenta septuaginta quinq; milia. boum septuaginta duo milia; asinoꝝ sexaginta milia ⁊ mille: animē hominū sexus femineꝰ que nō cognouerant uiros. triginta duo milia. Data q; ē media pars hys qui in prelio fuerunt: ouium trecenta triginta septem milia quingente. Quibꝫ in partem dñi supputate sunt oues sexcente septuaginta quinq; et de bobus triginta sex milibꝫ. boues septuaginta et duo: de asinis triginta milibꝫ quingentis. asini sexaginta et unus. De animabꝫ hominū sedecim milia: cesserunt in partem dñi triginta due animē. Tradiditq; moyses numerū primiciaꝝ dñi eleazaro sacerdoti. sicut ei fuerat imperatum: ex media parte filioꝝ isrl̄. quam separauerat hys qui in prelio fuerant. De media uō parte que contigerat reliquę multitudini id est de ouibꝫ trecentis triginta septem milibꝫ quingentis. et de bobus triginta sex milibus. et de asinis triginta milia quingentis. et de hominibꝫ sedecim milibꝫ. tulit moyses quinquagesimū caput; et dedit leuitis q̄ excubabant in tabernaculo dñi: sicut precepat dñs. Cumq; accessissent principes exercitus ad moysen · et tribuni centuriones q;: dixerunt. Nos serui tui recensuimus numerum pugnatoꝝ quos

habuimus sub manu nra: et ne
unus quidem defuit. ob hanc cau
sam offerimus in donariis dñi
singuli qd in preda auri potu
imus inuenire; perichelides et
armillas. anulos et dextralia ac
murenulas: ut deprecetis pro
nobis dñm. Susceperūtq; moy
ses et eleazar sacerdos omne
aurum in diuersis speciebz. pon
dere scūary. sedecim milia sept
genta quinquaginta siclos a
tribunis et centurionibz. Unus
quisq; enī quod in pda rapuerat:
suum erat. Et susceptum intule
runt in tabernaculū testimony:
in monimentū filioy isrl' cora dño.

Huy aūt ruben XXII
et gad habebant pecora
multa: et erat illis in iumentis
infinita substantia. Cumq; ui
disset et galaad aptas alendis a
nimalibz terras; uenerunt ad
moysen et eleazarum sacerdotē
et principes multitudinis: atq;
dixerunt. Astaroth et dibbon. et
iazer. et nemra. esebon. et eleale.
et sabam. et nebo. et beon. terra
quā percussit dñs in conspectu
filioy isrl' regionis uberrime est
ad pastum animaliū: et nos
serui tui habemus iumenta plu
rima. Precamurq; si inuenim⁹
gram coram te: ut des nobis fa
mulis tuis eam in possessionem.
nec facias nos transire iordanē.
Quibz respondit moyses. Num
quid frēs uri ibunt ad pugnā.
et uos hic sedebitis? Cur subuer
tis mentes filioy isrl' ne transire
audeant in locum quē eis datu
rus est dñs? Nonne ita egerunt
patres uri. quando missi de cades
barne ad explorandam terram?
Cumq; uenissent usq; ad uallē
botri. lustrata omni regione. sub
uerterunt cor filioy isrl': ut nō in
trarent fines quos eis dñs de
dit. Qui iratus: iurauit dicēs.
Si uidebunt homines isti qui
ascenderunt ex egipto a uiginti
annis et supra. terrā quā sub
uramento pollicitus sum abra
ham. ysaac. et iacob. et noluerūt
sequi me: preter caleb filium ie
phone cenezeum. et iosue filium
nun. Isti impleuerūt uoluntatē
meam. Iratusq; dñs aduersus
isrl'. circumduxit eum p desertū
quadraginta annis: donec con
sumeretur uniuersa generatio. que
fecerat malū in conspectu eius. Et
ecce inquit uos surrexistis p pa
tribz uris. incrementa et alumpnu
hominū peccatoy: ut augeretis
furorem dñi contra isrl'. Qui si
nolueritis sequi eum; in solitudi
ne populū derelinquet: et uos cau
sa eritis necis omnium. At illi
prope accedentes: dixerunt. Cau
las ouiū fabricabimus. et stabula
iumentoy: paruulis quoq; nris
urbes munitas. Nos autem ipi
armati et accincti pgemus ad
plium ante filios isrl': donec in
troducamus eos ad loca sua.

parvuli nr̄i et quecq̄d habē pos/sumus. erunt in urbib; munitis/ ꝓter habitatoꝝ insidias. Non/ reuertemur in domos nr̄as: usq; dum possideant filij isr̄l' hereditatem suam. Nec quicq̄m querem⁹/ transiordanē: quia iam habem⁹/ possessionē nr̄am in orientali eius/ plaga. Quib; moyses ait. Si fa/citis qđ promittitis. expedimini pergite coram dño ad pugnam; et/ omnis uir bellator armatus tor/danem transeat: donec subuertat/ dñs inimicos suos. et subiuga-t̄/ et omnis terra. Tunc eritis inculpabiles apud dñm et apud isr̄l: et obtinebitis regiones q̄s uultis/ coram dño. Sin autē qđ dictis/ non feceritis: nullu dubium q̄n/ peccetis in dñm. Et scitote: q̄m/ peccm ur̄m apprehendet uos. Ci/uitates ergo urbes paruulis ue/stris. et caulas ac stabula ouib; et iumentis: et qđ polliciti estis/ implete. Dixeruntq; filij gad et/ ruben: ad moysen. Serui tui fa/cimus: faciemus qđ iubet dñs nr̄. Parvulos nr̄os et mulieres. et pe/cora ac iumenta relinquemus ī/ urbib; galaad: nos aūt famuli/ tui omnes expediti ꝓgemur ad/ bellum. sicut tu dñe loq̄ris. Pre/cepit ergo moyses eleazaro sacer/doti et iosue filio nun. et princi/pib; familiaꝝ p tribus isr̄l': et di/xit ad eos. Si transierit filij gad/ et filij ruben uobiscū iordanem/ omnes armati ad bellum coram/ dño. et uobis fuerit terra subiecta: date eis galaad in possessionē. Sin aūt noluerint transire uo/biscum in terrā chanaan: in/ uos habitandi accipiant loca. Responderuntq; filij gad et filij/ ruben. Sicut locutus est dñs ser/uis suis: ita faciemus. Ipsi ar/mati ꝓgemur coram dño in ter/ram chanaan: et possessionem/ iam suscepisse nos confitemur/ transiordanē. Dedit itaq; moy/ses filijs gad et ruben. et dimi/die tribui manasse filij ioseph. regnū seon regis amorrei. et regnum og regis basan: et terram/ eoꝝ cum urbib; suis per circuitū. Igitur exstruxerunt filij gad. di/bon et astaroth et aroer et roth. sophan et iazer. et iechaa et beth/nemra et betharan urbes mu/nitas: et caulas peroꝝb; suis. Filij uero ruben edificauerunt/ esebon. et eleale. et chariathaim. et nabo. et baalmeon uersis no/minib; sabbama quoq;: impo/nentes uocabula urbib; quas/ exstruxerant. Porro filij machir/ filij manasse pretexerunt in gala/ad: et uastauerunt eā. interfecto/ amorreo habitatore eius. Dedit/ ergo moyses terram galaad ma/chir filio manasse: qui habita/uit in ea. Iair autem filius ma/nasse abiit et occupauit uicos/ eius: quos appellauit auothiair/ id est uillas iair. Nobe quoq; p/rexit et apprehendit chanath cū

uiculis suis: uocauitq; eam ex nomine suo. nobe. XXIII

Hec sunt mansiones filioꝝ isrl. qui egressi sunt de egipto p turmas suas in manu moysi et aaron: quas descripsit moyses iuxta castroꝝ loca. que dñi iussione mutabant. Profecti igitur de ramesse. mense primo. quintadecima die mensis primi. altera die phase. filii isrl in manu excelsa. uidentibus cunctis egyptiis et sepelientibus primogenitos quos percusserat dñs; nam et in dis eoꝝ exercuerat ultionem: castra metati sunt in socoth. Et de socoth uenerunt in ethan: que est in extremis finibus solitudinis. Inde egressi uenerunt contra phiairoth que respicit beelsephon: et castra metati sunt ante magdalum. Profectiq; de phiairoth. transierunt p medium mare in solitudinē; et ambulantes tribus diebus p desertum ethan: castrā metati sunt in mara. Profectiq; de mara. uenerunt in helim. ubi erant duodecim fontes aquarū. et palme septuaginta: ibiq; castra metati sunt. Sed et inde egressi: fixerunt tentoria sup mare rubrū. Profectiq; de mari rubro: castra metati sunt in deserto syn. Unde egressi: uenerūt in dephtha. Profectiq; de dephtha: castra metati sunt in halus. Egressiq; de halus. in raphidim fixere tentoria: ubi aqua populo defuit ad bibendum. Profectiq; de raphidim: castra metati sunt in deserto synai. Sed et de solitudine synai egressi: uenerunt ad sepulchra concupiscentie. Profectiq; de sepulchris concupiscentie: castra metati sūt in aseroth. Et de aseroth: uenerunt in rethma. Profectiq; de rethma: castra metati sunt in rēmonpharés. Unde egressi: uenerunt in lemna. De lemna: castra metati sunt in ressa. Egressi de ressa: uenerunt in ceelatha. Unde profecti: castra metati sunt ī monte sepher. Egressi de monte sepher: uenerunt in arada. Inde proficiscentes: castra metati sunt in maceloth. Profectiq; de maceloth: uenerunt in thaath. De thaath: castra metati sunt ī thare. Unde egressi: fixere tentoria ī merrha. De merrha: castra metati sunt ī elmona. Profectiq; de elmona. uenerunt in moseroth. Et de moseroth: castra metati sunt in baneiachan. Profectiq; de baneiachan: uenerunt ī montē galgad. Unde profecti: castra metati sūt in serebata. Et de serebata: uenerunt in ebrona. Egressiq; de ebrona: castra metati sunt in asiongaber. Inde profecti. uenerūt in desertum syn: hec est chades. Egressiq; de chades: castra metati sunt in monte hor. in extremis finibus terre edom. Ascenditq; aaron sacerdos in montem hor iubente dño; et ibi mortuus ē. an

no quadragesimo egressionis filior
isrl' ex egipto. mense quinto. pma
die mensis: cum eet annor centū
uiginti trium. Audiuitq; chana
neus rex arad qui habitabat ad
meridiem in terrā chanaan: ue
nisse filios isrl'. Et pfecti de mon
te hor: castra metati sunt in sal
mona. Inde egressi: uenerunt in
phinon. Profectiq; de phinon:
castra metati sunt in oboth. Et
de oboth: uenerunt i ieabarim.
que est in finib; moabitar. Pro
fectiq; de ieabarim: fixere tento
ria in dibongad. Inde egressi: ca
stra metati sunt i elmondeblathai
im. Egressiq; de elmondeblathaim:
uenerunt ad montes abarim con
tra nabo. Profectiq; de montib;
abarim: transierunt ad campes
tria moab supra iordanē contra
iericho. Ubiq; castra metati sūt.
de bethiesimon usq; ad belsathim:
in planitiib; locis moabitarum.
Vbi locutus est dñs: ad moysen.
Precipe filiis isrl': et dic ad eos.
Quando transieritis iordanē
intrantes terrā chanaan: disper
gite cunctos habitatores terre
illius. Confringite ututos y sta
tuas cōminuite; atq; oīa excelsa
uastate: mundantes terram. et
oēs inhabitantes in ea. Ego enī
dedi uobis illam in possessionem:
quā diuidetis uobis sorte. Plu
ribz dabitis latiorem: et paucio
ribus angustiorem. Singulis ut
sors cecderit: ita tribuetur he
reditas. Per tribus et familias:
possessio diuidetur. Sin aūt no
luerit interficere habitatores
terre: qui remanserint. erunt uo
bis quasi claui in oculis. y lancee
in lateribz. Et adflabuntur uobis
in terra habitationis uē: et quic
quid illis facere cogitaueram. uo
bis faciam. XXXIII
Locutus q; est dñs ad moysen:
dicens. Precipe filiis isrl': et dices
ad eos. Cum ingressi fueritis ter
ram chanaan. et in possessionē
uobis sorte cecderit: hiis finib;
terminabitur. Pars meridiana
incipiet a solitudine syn. que est
iuxta edom: et habebit terminos
contra orientem. mare salsissi
mū. Qui circuibunt australem
plagam p ascensum scorpionis;
ita ut transeant in senna: et per
ueniant in meridiem. usq; ad ca
des barne. Unde egredientur con
fina ad uillam nomine addar:
et tendent usq; ad asemona. I
biq; p gitum terminus ab asemo
na usq; ad torrentem egipti: et
magni maris littore finietur. Pla
ge aūt occidentalis termini a ma
ri magno incipient: et ipso fine
claudentur. Porro ad septemtrio
nalem plagam. a mari magno ter
mini incipient. puenientes usq;
ad montem altissimū: a quo ue
nient in emath. usq; ad terminos
sedada. Ibuntq; confina usq; ze
phrona: et uillam enan. Hic erit
termini in parte aquilonis. Inde

metabũtur fines contra orientalẽ
plagam · de ulla enan usq; sepha
mã: et de sephama descendent
terminu in rebla. contra fontem.
Inde pueniet contra orientẽ ad
mare cenereth. et tendent usq;
ad iordanem: et ad ultimũ. sal
sillimo claudentur mari. Hanc
habebitis terram p fines suos:
in circuitu. Precepitq; moyses fi
lius isrl': dicens. Hec erit terra
quam possidebitis sorte: et quã
iussit dñs dari nouem tribubus.
et dimidie tribui. Tribus enĩ fi
liox ruben p familias suas. et tri
bus filiox gad iuxta cognationũ
numerũ. media quoq; tribus ma
nasse. id est due et semis tribus:
acceperunt partem suã trans ior
danem contra iericho. ad orienta
lem plagam. Et ait dñs ad mo
ysen. Hec sunt nomina uirorũ:
qui terrã uobis diuident. Elea
zar sacerdos et iosue filius nun:
et singuli principes de tribubus
singulis. quox ista sunt uocabu
la. De tribu iuda: caleb filius
iephone. De tribu symeon: sa
muel filius amiud. De tribu be
niamin: elidad filius caselon.
De tribu filiox dan: booci filius
ioguli. Filiox ioseph. de tribu ma
nasse: hanuel filius ephath. De
tribu ephraim: camuel filĩ sep
than. De tribu zabulon: helisa
phan filius pharnath. De tribu
yssachar: dux phaltiel filĩ ozan.
De tribu aser: abiud filius salo
mi. De tribu neptalim: phedael fi
lius amiud. Hy sunt: quibz prece
pit dñs. ut diuiderent filius isrl'
terram chanaan.

Et quoq; locutus est dñs ad
moysen in campestribz moab
sup iordanem: contra iericho. Pre
cipe filius isrl'. ut dent leuitis de
possessionibz suis urbes ad habi
tandum. et suburbana eaz p cir
cuitum; ut ipi in oppidis mane
ant. et suburbana sint pecoribz
ac iumentis: que a muris ciui
tatum foris extra p circuitũ. mil
le passuũ spacio tendentur. Con
tra orientem duo milia erunt ci
bii. et contra meridiem similiter
duo milia. Ad mare quoq; qd' res
picit occidentem. eadem mensura
erit: et septemtrionalis plaga eq̃
li termino finietur. Cruntq; ur
bes in medio: et foris suburbana.
De ipis autẽ oppidis que leuitis
dabitis. sex erunt in fugitiuorũ
auxilia separata: ut fugiat ad
ea qui fuderit sanguinem: et ex
ceptis his alia quadragĩta duo
oppida: id est simul quadraginta
et octo. cum suburbanis suis. Ip
se; urbes que dabuntur ex pos
sessionibz filiox isrl'. ab his qui
plus habent plures auferentur:
et qui minus. pauciores. Singli
iuxta mensurã hereditatis sue:
dabunt oppida leuitis. Ait dñs ad
moysen. Loquere filis isrl': et di
ces ad eos. Quando transgressi
fueritis iordanẽ in terrã chanaan:

decernute que urbes ẽ debeant ĩ
prelidia fugitiuoꝝ. qui nolentes
sanguinẽ fuderint. In quibꝫ cum
fugerit ꝓfugus. cognatus occisi
eum occidere non poterit: donec
stet in conspectu multitudinis. ⁊
causa illius iudicetur. De ipsis
aũt urbibꝫ que ad fugitiuoꝝ subsi
dia separantur. tres erunt trãs ior
danem et tres in terra chanaan.
tam filius isrl' qm̃ aduenis atq; pe
grinis: ut confugiat ad eas q̃ no
lens sanguinẽ fuderit. Siq̃s fer
ro pcusserit. et mortuus fuerit qui
percussus est: reus erit homicidii.
et ipe morietur. Si lapidem iecerit.
et ictus occubuerit: similiter pu
nietur. Si ligno percussus interie
rit: percussoris sanguine uindicabi
tur. Propinquus occisi homicidã
interficiet: statim ut apprehende
rit eum. interficiet. Si p odium
quis hominẽ impulerit. uel iecit
quippiam in eum p insidias. aut
cum ẽet inimicus. manu percusserit;
et ille mortuus fuerit: percussor
homicidii reus erit. Cognatus oc
cisi. statim ut inuenerit eum: iu
gulabit. Quod si fortuito ⁊ absq;
odio et inimicicijs quecũq; hoc
fecerit. et hoc audiente pl̃o fuit
comprobatũ. atq; mẽ percussorem
et ꝓpinquũ. sanguinis questio uẽ
tilata; liberabitur innocens de
manu ultoris: et reducetur p sen
tentiam. in urbem ad quam con
fugerat. Manebitq; ibi: donec sa
cerdos magnus qui oleo sancto
unctus ẽ. moriatur. Si interfector
extra fines urbium que exulib; de
putate sunt fuerit inuentus. ⁊ p
cussus ab eo qui ultor est sangui
nis: absq; noxa erit qui eum occi
derit. Debuerat enĩ ꝓfugus: usq;
ad mortem pontificis. in urbe resi
dere. Postq̃m aũt ille obierit: ho
micida reuertetur in terrã suam.
Hec sempiterna erunt et legiti
ma: in cunctis habitatoribꝫ uris.
Homicida: sub testibꝫ punietur.
Ad unius testimoniũ: nullus cõ
demnabitur. Non accipietis pci
um ab eo qui reus est sanguinis:
statim et ipse morietur. Exules ⁊
profugi. ante mortem pontificis
nullo modo in urbes suas reuerti
poterunt; ne polluatis terram ha
bitationis ure. que insontiũ cruo
re maculatur: nec aliter expiari
potest. nisi p eius sanguinẽ qui
alterius sanguinẽ fuderit. Sic ẽp
ta emundabitur terra possessio:
me cõmorante uobiscũ. Ego enĩ
sum dñs: qui habito inẽ filios isrl'.

Accesserunt aũt
et principes familiarum ga
laad. filij machir. filij manasse.
de stirpe filioꝝ ioseph: locutiq; sũt
moysi coram principibꝫ isrl'. atq; di
xerunt. Tibi dño nro ꝑcepit dñs.
ut terrã sorte diuideres filijs isrl':
et ut filiabꝫ salphaad fris nostri.
dares possessionẽ debitam patri.
Quas si alterius tribus hoies.
uxores acceperint; sequetur posses
sio sua: et translata ad aliã tribũ.

de nra hereditate minuetur. Atq; ita fiet; ut cū iubeleus id est qn quagesimus annus remissionis aduenit. p̄fundatur sortiū distributio. & alior possessio ad alios transeat. Respondit moyses filius israel. et dño p̄cipiente. ait. Recte tribus filior ioseph locuta ē. Et hec lex sup filiabz salphaad a dño promulgata ē. Nubant q̄bz uolūt. tantū sue tribus hominibz. ne cōmisceatur possessio filior israel. de tribu in tribū. Oēs enī uxori ducent uxores de tribu et cognatōe sua. & cuncte femine maritos de eadem tribu accipiēt; ut hereditas p̄maneat i familys. nec sibi misceantur tribus. sz ita maneāt ut a dño separate sunt. Fecerūq; filie salphaad. ut fuerat impatum. Et nupserunt maala et thersa et egla et melcha & noha. filys patrui sui de familia manasse qui fuit filius ioseph. et possessio que illis fuat attributa. manslit in tribu et familia patris earum. Hec sunt mandata atq; iudicia. que p̄cepit dñs p manū moysi ad filios israel. in campestribz moab sup iordanem. contra iericho. Explicit liber numeror. Incipit lib deuteronomy.

Et sunt uerba que locutus ē moyses ad omnē israel trans iordanem in solitudine campestri contra mare rubrum. inter pharan et tophel. et laban et aseroth. ubi est auri plurimū. undecim diebz de oreb per uiam montis seyr. usq; cades barne. Quadragesimo anno. undecimo mense. prima die mensis. locutus ē moyses ad filios israel omnia que p̄ceperat illi dñs ut diceret eis; postquam p̄cussit seon. regem amorreor qui habitauit i esebon. et og regem basan q̄ mansit in aseroth. et in edrai. trās iordanem in terra moab. Cepitq; moyses explanare legem. et dicere. Dñs ds nr locutus est ad nos in oreb. dicens. Sufficit uobis. quod in hoc monte māsistis. Reuertimini et uenite ad montē amorreor. et ad cetera que ei pxima sunt. campestria atq; montana et humiliora loca contra meridiem. et uxta litus maris terram chananeor et lybani. usq; ad flumen magnū eufratem. Ecce inquit tradidi uobis. Ingredimini et possidete eam; sup qua iurauit patribz uris dñs. abrahā ysaac et iacob. ut daret illam eis. et semini eor post eos. Dixiq; uobis illo in tempe. Non possum solus sustinere uos. quia dñs deus nr multiplicauit uos. et estis hodie sicut stelle celi. plurimi. Dñs ds patrum uror addat ad hunc numerū multa milia. et benedicat uobis sicut locutus ē. Non ualeo solus ura negocia sustinere. & pōdus ac urgia. Date e uobis uiros

sapientes et gnaros. et quoꝝ cōuersatio sit probata in tribubꝫ ur̄is: ut ponam eos uobis pncipes. Tūc respondistis m̄i. Bona res est: quā uis facere. Tulitq; de tribubꝫ uris uiros sapientes et nobiles. et constitui eos principes. tribunos et centuriones. et quinquagenarios ac decanos: qui docerent uos singula. Preceptiq; eis dicens. Audite illos: et ꝙd iustum ē iudicate. Siue ciuis sit ille siue pegrinus: nulla erit distantia psonarū. Ita paruum audietis ut magnum; nec accipietis cuiuslīm psonā: quia dei iudiciū est. Q d' si difficile uobis iudicium aliquid fuerit. referte ad me: et ego audiam. Precepiq; omnia: que facere debere tis. Profecti aūt de oreb. transiuimus p heremū terribilem et maximam quā uidistis; per uiam montis amorrei: sicut pceperat dn̄s d's n̄r nobis. Cumq; uenissemus in cades barne: dixi uobis. Uenistis ad montem amorrei: quem dn̄s d's n̄r daturus ē nobis. Ide terram quā dn̄s deus tuus dat tibi. Ascende ⁊ posside eam: sicut locutus est dn̄s deus patrꝫ tuoꝝ. Noli timere: nec quicquam paueas. Et accessistis ad me oēs: atq; dixistis. Mittamus uiros q̄ considerent terram; et renūcient p quod iter debeamus ascendere: et ad quas pgere ciuitates. Cūq; mihi sermo placuisset: misi ex uobis duodecim uiros. singulos de tribubꝫ suis. Qui cū pressissent et ascendissent in montana: uenerūt usq; ad uallem botri. Et considerata terra. sumentes de fructibꝫ eius ut ostenderent uberitatē. attulerūt ad uos: atq; dixerunt. Bona est terra: quam dn̄s d's n̄r daturus est nobis. Et noluistis ascendere; sed increduli ad sermonē dn̄i dei n̄ri murmurastis in tabernaculis ur̄is: atq; dixistis. Odit nos dominus; et idcirco eduxit nos de terra egipti: ut traderet in manu amorrei. atq; deleret. Quo ascendemus? Huncij terruerūt cor n̄rm: dicentes. Maxima multitudo est. et nobis statura procerior: urbes magne. et ad celum usq; munite. Filios enachim uidimus ibi. Et dixi uobis. Nolite metuere: nec timeatis eos. Dominus d's qui ducit uos. ipse pugnabit; sicut fecit in egipto cunctis uidentibꝫ: et in solitudine ipi uidistis. Portauit te dn̄s d's tuus. ut solet homo gestare paruulū filium suū in omni uia p quam ambulastis: donec ueniretis ad locum istum. Et nec sic quidem credidistis dn̄o deo ur̄o. qui pcessit uos in uia. et metatus est locum in quo tentoria figere deberetis: nocte ostendens uobis iter p ignem. et die p columpnā nubis. Cumq; audisset dn̄s uocem sermonū uoꝝ: iratus iurauit. et ait. Non uidebit quispiam de hominibꝫ gen̄a

tionis huĩ pessime terram bonã. quã sub uerami to pollicitus sũ patribꝫ uris. ꝓter caleb filiũ iephone. Ipse enim uidebit eam; et ipi dabo terrã quam calcauit. et filiis eius. quia secutus ẽ dñm. Nec miranda indignatio in poplm. cum in quoꝫ iratus dñs ꝓpter uos. dixerit. Nec tu ingredieris illuc. sed iosue filius nun minister tuus. ipse introibit ꝓ te. Hũc exhortare et roborã. et ipe terrã sorte diuidet isti. Paruuli uri de quibꝫ dixistis qd̃ captiui deducerentur. et filii. qui hodie bonum ac malũ ignorant distantiã. ipi ingredientur. et ipis dabo terrã. et possidebunt eam. Vos aũt reuertimini. et abite in solitudinẽ ꝑ uiam maris rubri. Et respondistis mi. Peccauimus dño. Ascendemus atq; pugnabimus. sicut ꝑcepit dñs deus nr. Cumq; instructi armis ꝑgeretis in montem. aiit mi dñs. Dic ad eos. Nolite ascendere. neq; pugnetis; nõ enim sum uobiscum. ne cadatis coram inimicis uris. Locutus sũ et nõ audistis. sed aduersantes imperio dñi et tumentes superbia. ascendistis in montem. Iraq; egressus amorreus q̃ habitabat in montibꝫ et obuiam uenientes. ꝑsecutus est uos sicut solẽt apes ꝑsequi. et cecidit de seir usq; orma. Cumq; reuersi ploraretis coram dño. non audiuit uos. nec uoci ure uoluit acquiescere. Sedistis

g in cades barne. multo tempore. Profectiq; inde. uenim in solitudinem que ducit ad mare rubrum sicut mi dixerat dñs. et circuiuimus montẽ seir longo tempe. Dixitq; dñs ad me. Sufficit uobis circuire montẽ istũ. Ire contra aquilonẽ. Et ꝓpl̃o ꝓpe. dicens. Transibitis per terminos frm uroꝝ filioꝝ esau. qui habitãt in seir. et timebunt uos. Videte ergo diligenter. ne mouea mini contra eos. Neq; enim dabo uobis de terra eoꝝ quantũ potest unus pedis calcare uestigium. quia in possessionẽ esau dedi montem seir. Cibos emetis ab eis pecunia. et comedetis. aquã emptam hauietis. et bibetis. Dñs ds tuus benedixit tibi. in omni opere manuũ tuaꝝ. Nouit iter tuũ quomodo transieris solitudinẽ hanc magnã ꝑ quadraginta annos. habitans tecum dñs ds tuus. et nichil defuit tibi. Cũq; transissemus frẽs nros filios esau qui habitabant in seir. per uiam campestrẽ. de helath et de asyon gaber. uenimus ad iter qd̃ ducit in desertum moab. Dixitq; dñs ad me. Non pugnes contra moabitas. nec incites eos preliũ. Non enim dabo quicqm tibi de terra eoꝝ. quia filiis loth tradidi ar in possessionẽ. Emim primi fuerunt habitatores eius. popls magnus et ualidus. et tam excelsus ut de enachim stirpe quasi

gigantes crederentur: et ēnt simles filioꝝ enachim. Deuꝙ moabite appellant eos enim. In seir autē prius habitauerunt horim. Quibꝫ expulsis atꝙ delens. habitauerunt filij esau: sicut fecit israhel in terra possessionis sue. quam dedit illi dñs. Surgentes ergo ut transiremus torrentem zared: uenimus ad eum. Tempus aūt quo ambulauimus de cades barne usqꝫ ad transitum torrentis zared. triginta octo annoꝝ fuit: donec consumeretur omnis genā no hominū bellatoꝝ de castris. sicut uerauerat dñs: cuius manus fuit aduersum eos. ut interirent de castroꝝ medio. Postqm autē uniuersi ceciderunt pugnatores: locutus est dñs ad me. dicens. Tu transibis hodie terminos moab. urbem nomine ar: et accedes in uicinia filioꝝ amon. Caue ne pugnes contra eos: nec mouearis ad preliū. Non enī dabo tibi de tra filioꝝ amon: quia filijs loth dedi eam in possessionē. Terra gigantum reputata est. et in ipsa olim habitauerunt gigantes. qs amonite uocant zomim: popl's magnus et multus. et ꝓcere longitudinis sicut enachim. Quos deleuit dñs a facie eoꝝ: et fecit illos habitare pro eis. sicut fecerat filijs esau qui habitant in seyr. delens horreos. et terram eoꝝ illis tradens: quā possident usqꝫ in presens. Caphtoreos quoqꝫ qui habitabant in aserim usqꝫ gazam: cappadoces expulerunt. Qui egressi de cappadocia deleuerūt eos: et habitauerunt pro illis. Surgite: et transite torrentē arnon. Ecce tradidi in manu tua seon regem esebon amorreū: et terram eius. Incipe possidere: et cōmitte aduersus eum preliū. Hodie incipiam mittere terrorem atꝙ formidinē tuam in popl̄os qui habitant sub omni celo: ut audito noīe tuo paueant. et in morem parturientiū contremiscant. et dolore teneantur. Misi ergo nuntios de solitudine cademoth ad seon regem esebon: uerbis pacificis dicens. Transibimus ꝑ terrā tuā: publica gradiemur uia. Non declinabimus: neꝙ ad dexteram neꝙ ad sinistram. Alimenta ꝑcio uende nobis ut uescamur: aquā pecunia tribue. et sic bibemus. Tantū est ut nobis concedas transitum. sicut fecerunt filij esau qui habitant in seir. et moabite qui morantur in ar: donec ueniamus ad iordanē. et transeamus in terrā quam dñs dꝰ nr daturus est nobis. Noluitꝙ seon rex esebon dare nobis transitum: quia induraverat dñs dꝰ tuus spm eius. et obfirmauerat cor illius ut traderetur in manus tuas. sicut nunc uides. Dixitꝙ dñs ad me. Ecce cepi tradere tibi seon: et terram eius. Incipe possidere eā. Egressusqꝫ est seon obuiam nobis cū

omni populo suo ad pelu in ralla: et tradidit eum dns ds nr nobis. Percussimusq; eum: cum filiis et omni populo suo. Cunctasq; urbes in tempe illo cepimus: interfectis habitatoribus earū. uiris ac mulieribus et paruulis. Non reliquimus in eis quicqm: ablatis iumentis que in partem uenere pdantium. et spoliis urbiū qs cepimus. Ab aroer que est super ripam torrentis arnon. oppido quod in ualle situm est usq; galaad: non fuit uicus et ciuitas. que nras effugerit manus. Omnes tradidit dns ds nr nobis: ablata terra filioz amon ad quā non accessimus. et cunctis que adiacent torrenti iaboch. et urbibus montanis. undiq; locis a quibus nos phibuit dns ds nr. Itaq; conuersi: ascendimus III per iter basan. Egressusq; ē og rex basan in occursum nobis cū populo suo: ad bellandum in edrai. Dixitq; dns ad me. Ne timeas eum: quia in manu tua traditus est. cum omni populo ac terra sua. Facies q; ei sicut fecisti seon regi amorreoz: qui habitauit in esebon. Tradidit ergo dns ds nr in manibus nris etiam og regem basan: et uniuersum populum eius. Percussimusq; eos usq; ad internecionem. uastantes cunctas ciuitates illius uno tempe. Non fuit oppidum qd nos effugeret: sexaginta urbes. et omnē regionem argob. regni og in basan. Cuncte urbes erant munite. muris portisq; et uectibus: absq; oppidis innumeris. que nō habebant muros. Et deleuimus eos sicut feceram seon regi esebon: disponentes omnem ciuitatē. uiros q; ac mulieres et paruulos. Jumēta aūt et spolia urbium: diripuimus. Tulimq; illo in tempe terram de manu duoz regum amorreoz qui erant trans iordanē. a torrente arnon usq; ad montē hermon. quē sydonii sarion uocant. et amorrei sanir: oīs ciuitates que sūt in planitie. et uniuersam terram galaad et basan usq; selcha et edrai. ciuitates regni og in basan. Solus quippe og rex basan: residuerat de stirpe gigantū. Et monstratur lectus eius ferreus. qui est in rabath filioz amon: nouē cubitos habens longitudinis et quatuor latitudinis. ad mensurā cubiti uirilis manus. Terramq; possedimus in tempe illo. ab aroer que est sup ripam torrentis arnon. usq; ad mediam partē montis galaad: et ciuitates illius dedi ruben et gad. Reliquā aūt partem galaad. et omnē basan regni og. tradidi medie tribui manasse: omnē regionē argob. Cuncta basan: uocatur terra gigantum. Jair filius manasse possedit omnē regionem argob: usq; ad terminos gessuri et machati. Uocauitq; ex nomine suo

basan auochatr. id est ullas tatr: usq; in p̄sentem diem. Machir quoq; dedi galaad. Et tribubz ruben et gad. dedi terrā galaad usq; ad torrentem arnon: medium torrentis et confinium usq; ad torrentem iaboch qui est terminus filioz amon. et planitiem solitudinis atq; iordanem. & terminos cenereth usq; ad mare deserti qd̄ est salsissimū. ad radices montis phasga. contra orientē. Precepiq; uobis in tempore illo: dicens. Dñs d̄s ūr dat uobis terram hanc in hereditatem; expedite p̄cedite frēs uōs filios isrl. omnes uiri robusti: absq; uxoribz et paruulis ac iumētis. Noui enim qd̄ plura habeatis pecora; et in urbibz remanere debebunt quas tradidi uobis. donec requiem tribuat dñs frēbz uīs sicut uobis tribuit: et possideant etiā ipi terram. quā daturus est eis trans iordanem. Tunc reūtetur unusquisq; in possessionē suam: quam dedi uobis. Iosue quoq; in tempore illo precepit: dicens. Oculi tui uiderunt que fecerit dñs d̄s ūr duobz hys regibus: sic faciet omnibz regnis ad que transiturus es. Ne timeas eos: dñs enim d̄s ūr pugnabit pro uobis. Precatus q; sum dñm in tempe illo: dicens. Dñe d̄s tu cepisti ostendere seruo tuo magnitudinē tuam: manūq; fortissimā. Neq; enim est alius d̄s uel in celo uel in terra: qui possit facere opera tua. et comparari fortitudini tue. Transibo igitur. et uidebo terrā hanc optimā trans iordanem: et montē istum egregiū et libanū. Iratus q; est dñs michi ꝓpter uos. nec exaudiuit me: sed dixit. Suffitiat tibi. Nequaq̄m ultra loquaris de hac re: ad me. Ascende cacumen phasge; et oculos tuos circumfer ad occidentem & aquilonem. austrumq; et orientem: et aspice. Nec enim transibis iordanem istum. Precipe iosue & corrobora eum atq; conforta; quia ipse p̄cedet populū istum: et diuidet eis terram quā uisurus es. Mansimus q; in ualle: contra phanum phogor. IIII

Et nunc isrl audi p̄cepta et iudicia que ego doceo te: ut faciens ea uiuas. et ingrediens possideas terram. quam dñs d̄s patrum uōr daturus est uobis. Non addetis ad uerbum qd̄ uobis loquor: neq; auferetis ex eo. Custodite mandata dñi dei uestri: que ego precipio uobis. Oculi uīi uiderunt omia que fecit dñs contra beelphegor: quom̄ contriuerit omnes cultores eius de medio uī. Vos autē qui adheretis dño deo uō: uiuitis uniuersi usq; in p̄sentem diem. Scitis qd̄ docuerim uos: p̄cepta atq; iustitias. Sicut mandauit mi dñs d̄s ms; sic facietis ea in terra quam possessuri estis: et ob

seruabitis. et implebitis opere. Hec est enī ura sapientia et intellectus coram poplis: ut audientes uniuersi pcepta hec. dicant. En popls sapiens et intelligēs: gens magna. Nec est alia natio tam grandis que habeat deos appropinquantes sibi: sicut ds noster adest cunctis oblecrationibz nris. Que est enim alia gens sic inclita. ut habeat cerimonias iustas atq; iudicia. et uniuersam legem quam ego proponā hodie ante oculos uros? Custodi igitur te metipm et aiam tuā: sollicite. Ne obliuiscaris uerboz que uiderunt oculi tui: et ne exeidant de corde tuo cunctis diebz uite tue. Docebis ea filios ac nepotes tuos; diem in quo stetisti coram dño deo tuo in oreb: qndo dns locutus est mi. dicens. Congrega ad me poplm ut audiat sermones meos; et discat timere me omni tempore quo uiuut in terra: doceantq; filios suos. Et accessistis ad radicem montis q ardebat usq; ad celum: erantq; in eo tenebre nubes et caligo. Locutusq; est dns ad uos: de medio ignis. Vocem uerboz eius audistis: et formam penitus non uidistis. Et ostendit uobis pactum suū quod pcepit ut facere tis: et decem uerba que scripsit in duabz tabulis lapideis. Mihiq; mandauit in illo tempore ut docerem uos cerimonias et iudicia: que facere deberetis in tra quam possessuri estis. Custodite igitur sollicite animas uras. Nō uidistis aliquā similitudinē. in die qua locutus est dns uobis in oreb de medio ignis; ne forte decepti faciatis uobis sculptam similitudinē aut ymaginem masculi uel femine. similitudinē omniū iumentoz que sunt sup terram. uel auium sub celo uolantium. atq; reptiliuum que mouentr in terra. siue piscium qui sub tra morantur in aquis: ne forte oculis eleuatis in celum uideas solē et lunam et omnia astra celi. et errore deceptus adores ea et colas. que creauit dns ds tuus in ministerū cunctis gentibz que sub celo sunt. Vos aūt tulit dns et eduxit de fornace ferrea egypti; ut haberet poplm hereditariū: sicut est in psenti die. Iratusq; e dns contra me propter sermones uros; et iurauit ut nō transirem iordanem: nec ingrederer terrā optimā quam daturus e uobis. Ecce moioz in hac humo: nō trā sibo iordanem. Vos transibitis: et possidebitis terrā egregiam. Caue neqn obliuiscaris pacti dni dei tui qd pepigit tecum; et facias tibi sculptam similitudinē eoz que fieri dns prohibuit: quia dns ds tuus ignis consumens e. ds emulator. Si genueritis filios ac nepotes. et moram fueritis in terra. deceptiq; feceritis uobis a

luquam similitudinē. patrantes
malum coram dño deo uō. ut eū
ad iracundiā puocetis; testes in
uoco hodie celum et terrā. cito pe
ribitis uos ē de terra. quam tran
sito iordane possessuri estis. Non
habitabitis in ea longo tempore.
sed delebit uos dñs. atq; dispgет
in oēs gentes. Et remanebitis
pauci in nationib; ad quas uos
ducturus est dñs. Ibiq; seruietis
dīs qui hominū manu fabricati
sunt. ligno et lapidi. qui non vi
dent nec audiunt. nō comedunt nō
odorantur. Cumq; quesieris ibi
dñm dñm tuū. inuenies eum; si
tamen toto corde quesieris. & tota
tribulatione anime tue. postq̄m
te inuenerint oīa que predicta
sunt. nouissimo aūt tempore rev
teris ad dñm dñm tuū. et audies
uocem eius. quia dñs miseri cors
dñs dñs tuus est. Non dimittet
te nec omnino delebit. neq; obli
uiscetur pacti in quo iurauit pa
tribus tuis. Interroga de diebus an
tiquis qui fuerunt ante te ex die
quo creauit dñs hoīem sup terrā.
a summo celo usq; ad summū eius;
si facta est aliquando huicemodi
res. aut umquā cognitum est ut
audiret popl's uocem dei loquētis
de medio ignis. sicut tu audisti et
uidisti. si fecit dñs ut ingrederetur
et tolleret sibi gentem de medio
nationū. p temptationes signa
atq; portenta. p pugnam et ro
bustam manū. extentūq; brachiū
et horribiles uisiones. iuxta oīa
que fecit pro uobis dñs uē in egipto
uidentib; oculis tuis. ut scires q̄m
dñs ipse est dñs. et non ē alius p̄ter
eum. De celo te fecit audire uocem
suam ut doceret te. et in tra ostēn
dit tibi ignem suū maximū. Et
audisti uerba illius de medio ig
nis. quia dilexit patres tuos. et
elegit semen eox post eos. Eduxit
q; te precedens in virtute sua
magna ex egipto; ut deleret nati
ones maximas et fortiores te in
introitu tuo. et introduceret te.
daretq; tibi terram eax in posses
sionem. sicut cernis in p̄senti die.
Scito ergo hodie et cogita i cor
de tuo; qđ dñs ipse est dñs in celo
sursum et in terra deorsum. et
non sit alius. Custodi precepta
eius atq; mandata que ego pre
cipio tibi; ut bene sit tibi et filiis
tuis post te. et p̄maneas multo
tempe super terram. quam dñs
dñs tuus daturus ē tibi. Tunc se
parauit moyses tres ciuitates trāns
iordanem ad orientalem plagā;
ut confugiat ad eas qui occiderit
nolens proximū suum. nec fuit
inimicus ante unū et alterū di
Egressi traq; sunt XXII sit. oēs filij isrl'. et pariter cōgre gati quasi uir unus. de dan usq; berſabee. et terra galaad ad dōm m maspha: oēsq; anguli popl'oz et cunete tribus isrl' in eccliam po puli dei conuenerūt. quadringenta milia pedituꝫ pugnatoz. Nec latu it filios beniamin: qđ ascendissēt filij isrl' in maspha. Interrogatusq; leuita maritus mulieris interfecte. quom tantum scelus perpetratū esset: respondit. Veni in gabaa be niamin cū uxore mea: illucq; di uerti. Et ecce hoīes ciuitatis illi. circūdederunt nocte domū in qua manebā. uolentes me occidere: et uxorem meā incredibili furore li bidinis uexantes. Denicq; mortua est. Quā arreptam: in frusta cō cidi. Misiq; partes in oēs termi nos possessionis nr̄e: quia nūquā tantum nephas. et tam grande pi aculū frīm est in isrl'. Adestis oēs filij isrl': decernite quid facere de beatis. Stansq; omnis ppl's: quasi unus hoīs sermone respōdit. Nō recedemus in tabnacula nr̄a; nec suam quisquā intrabit domū: sed hoc contra gabaa in cōmune faci emus. Decem uiri eligantur e cen tum ex oīb; tribub; isrl'. et centū de mille. et mille de decem milibz. ut comportent exercitui cibaria: et possimus pugnantes contra ga baa beniamin reddere et pro scele re qđ meretur. Conuentiq; unū sus isrl' ad ciuitatem q̄si homo unus: eadem mente unoq; consi lio. Et miserunt nūcios ad omnē tribum beniamin: qui dicerent. Cur tantū nephas in uobis reper tum ē? Tradite hoīes de gabaa qui hoc flagitium perpetrarunt. ut moriantur: et auferatur malū de isrl'. Qui noluerunt fratrum suoz filioz isrl' audire mandatū; sed ex cunctis urbib; que sortis fuē erant. conuenerunt in gabaa ut illis fer rent auxiliū: et contra unūsum pl'm isrl' dimicarent. Inuentiq; sē. uiginti quinq; milia de beniamin educentiū gladiū; p̄ter habitatoꝛes gabaa qui septingenti erant uiri fortissimi. ita sinistra ut dextra pu gnantes: et sic fundis lapides ad certum iacientes. ut capillū quoq; possent petere. et nequaq̄m in al terā partem ictus lapidis deferret.

Uxor quoq; isrl' absq; filus beni
amin mueta sunt quadringēta
milia educentū gladiū: et pator
ad pugnā. Qui surgentes. uenerē
in domū dei: hoc est in sylo. Consu
lueruntq; eū: atq; dixerunt. Quis
erit in exercitu nro princeps certa
minis contra filios beniamin? Cui
bus respondit dns. Judas sit dux
ur. Stratimq; filij isrl' surgentes
mane. castra metati sūt iuxta ga
baā: et inde pcedentes ad pugnā
contra beniamin. urbem oppugna
re cepunt. Egressiq; filij beniamin
de gabaā: occiderunt de filijs isrl'
die illo uginti duo milia uiroꝝ.
Rursumq; filij isrl' et fortitudine
et numero confidentes. in eodē loco
in quo prius certauerant aciem
direxerunt; ita tamen ut prius
ascenderent. et flerent coram dño
usq; ad noctem: consulerentq; eū.
et dicerent. Debeo ultra pcedere
ad dimicandū contra filios beniā
min frēs meos. an non? Cui; ille
respondit. Ascendite ad eos: et inite
certamen. Cumq; filij isrl' altero
die contra beniamin ad pluuiū p
cessissent: eruperunt filij beniamī
de portis gabaā. Et occurrētes eis.
tanta in eos cede bachati sunt: ut
uginti et octo milia uiroꝝ educen
tum gladiū pstrnerēt. Quam ob
rem oēs filij isrl' uenerunt in do
mū dei: et sedentes flebant coram
dño. Jeunauerunt; die illo usq;
ad uespam; et obtulerunt holo
causta et pacificas uictimas: et
sup statu suo interrogauerē. Co tēpe
ibi erat archa federis dñi: et phi
nees filius eleazari filij aaron e
rat pōsitus domus. Consuluerūt
igitur dñm: atq; dixerunt. Exire
ultra debemus ad pugnā contra fi
lios beniamin frēs nros. an quies
cere? Cui; aut dns. Ascendite. Cras
enī tradam eos: in manus
uras. Posuerunt; filij isrl' insidi
as p circuitum urbis gabaā: et ter
cia luce sicut semel et bis. contra be
niamin exercitū pduxerunt. Et
filij beniamin audacter eruperūt
de ciuitate; et fugientes adusari
os longius pecuti sunt: ita ut
uulnerarent ex eis sicut primo et
die secdo. et cederent. p duas semitas
utentes terga. quarū una ferebat
in bethel. et altera in gabaā. atq;
pstrnerent. triginta circiter uiros.
Putauerūt enī soluto eos more ce
dere. Cui fugam arte simulātes.
inierē consilium ut abstraherent
eos de ciuitate: et quasi fugientes
ad supradictas semitas pducerēt.
Oēs itaq; filij isrl' surgentes de
sedib; suis: tetenderunt aciem in
loco qui uocatur baalthamar. In
sidie quoq; que circa urbem erāt.
paulatim se aperire ceperūt: et ab
occidentali urbis parte pcedere.
Et et alia decem milia uiroꝝ de u
niuerso isrl': habitatores urbis ad
certamina puocabant. Ingrauatū
q; est bellum contra filios beni
min: et nō intellexerūt. qd' ex oī
parte illis instaret interitus. Per

cullitq; eos dñs in conspectu filiorꝝ
ysrl': et interfecerunt ex eis in illo
die. uiginti qnq; milia. et centum
uiros. oēs bellatores. et elucentes
gladiū. Filij aūt beniamin cum se
inferiores eē uidissent: cepunt fu
gere. Qd' cernentes filij ysrl' dede
runt eis ad fugiendū locū: ut ad
parātas insidias deuenirent. qs
uxta urbem posuerant. Qui cum
repente de latibulis surrexisset. et
beniamin terga cedentibꝫ daret.
ingressi sunt ciuitatē: et passerūt
eam in ore gladij. Signum aūt de
derant filij ysrl' hijs quos in insidi
is collocauerant; ut postqm urbē
cepissent. ignem accenderent: ut
ascendente in altum fumo. captā
urbem demonstrarent. Qd' cū cer
nerent filij ysrl' in ipso certamine
positi; putauerunt enim filij be
niamin eos fugere. et instantius
sequebātur cesis de exercitu eorū
triginta uiris. et uiderunt qsi co
lumpnā fumi de ciuitate conscen
dere. beniamin quoq; retro respici
ens captam cerneret ciuitatem. et
flāmas in sublime ferri: qui pus
simulauerant fugam. ūsa facie
fortius resistebant. Qd' cū uidisset
filij beniamin in fugam ūsi sunt.
et ad uiam deserti re cepunt: illuc
quoq; eos adūsarijs psequentibꝫ. Nā
et hij qui urbem succenderant: oc
curreruntꝫ eis. Atq; ita frēm est: ut
ex utraq; parte ab hostibꝫ cederen
tur; nec erat ulla morientiū reqes.
Ceciderunt; atq; prostrati sūt: ad
orientalem plagam urbis gabaa.
fuerunt aūt qui in eodem loco in
terfecti sunt decem et octo milia ui
rorꝝ: oēs robustissimi pugnatores.
Qd' cum uidissent qui remanserāt
de beniamin. fugerunt in solitudi
nē: et pgebant ad petram cui uo
cabulum ē remmon. In illa quoq;
fuga palantes et in diuisa tenden
tes: ceciderunt qnq; milia uiros.
Et cum ultra tenderent. psecuti
sunt eos: et interfecerunt etiā alia
duo milia. Et sic frēm est: ut oēs
qui ceciderant de beniamin in di
uersis locis. essent uiginti qnq; mi
lia pugnatores. ad bella pmptissi
mi. Remanserant itaq; de omni
numero beniamin qui euadere po
tuerant et fugere in solitudinem:
sexcenti uiri. sederuntq; in petra
rēmon: mensibꝫ quatuor. Regressi
aūt filij ysrl': oēs reliquias ciui
tatis a uiris usq; ad iumenta gla
dio passerunt. Cunctasq; urbes
et uiculos beniamin: uorax flā
ma consumpsit.

XXI

Iurauerunt quoq; filij ysrl' in mas
pha: et dixerunt. Nullus nostrū:
dabit filijs beniamin de filiabꝫ
suis uxorem. Veneruntq; oēs ad
domū dei in silo: et in conspectu
eius sedentes usq; ad uesperam. le
uauerūt uocem. et magno ululatu
cepunt flere. dicentes. Quare dñe
deus ysrl' frēm est hoc malum ī po
pulo tuo; ut hodie una tribus au
ferretur ex nobis. Altera aūt die
diluculo consurgentes. extruxerūt

altare: obtuleruntq; ibi holocaustā et pacificas uictimas. Et dixerunt. Quis nō ascendit in exercitum dñi de unūlis tribubz isrl? Grandi enī se iuramento cōstrixerant cū eēnt in maspha: interficeos qui defuissent. Ductiq; penitentia filij isrl. super frē suo benamin: cepunt dicere. Ablata ē una tribus: de isrl. Unde uxores accipient? Omnes enī in cōmune iurauimus: nō daturos nos filias nras hys. Idcirco dixerunt. Quis est de unuersis tribubz isrl. qui nō ascendit ad dñm in maspha? Et ecce inuenti sunt habitatores iabes galaad: in illo exercitu nō fuisse. Eo quoq; tempe cum eēnt in syló: nullus ex eis ibi reptus est. Miserunt itaq; decem milia uiros robustissimos: et pceperunt eis. Ite et percute habitatores iabes galaad in ore gladij: tam uxores quā paruulos eoz. Et hoc erit: qd' ob seruare debetis. Oms generis masculini. et mulieres que cognouerūt uiros: interficite. Inuentiq; sunt de iabes galaad quadringente uirgines: que nescierunt uiri thorū. Et adduxerunt eas ad castra in syló: in terrā chanaan. Miserūtq; nuntios ad filios beniamin qui erant in petra rēmon. et pcepunt eis ut eos suscipent in pace. Reuertuntq; filij beniamin in illo tēpore: et date sunt eis uxores. de filiabz iabes galaad. Alias autē nō repperierunt: quas simili modo traderent. Unūsusq; isrl ualde doluit: et egit penitudinē sup infectionē unus tribus ex isrl. Dixeruntq; maiores natu. Quid faciemus reliquis. qui nō acceperunt uxores? Oms in beniamin femine cōciderunt: et magna nobis cura ingentiq; studio pudendum ē: ne una tribus deleatur ex isrl. Filias nras eis dare nō possumus: constricti iuramento ⁊ maledictione. qua dixim⁹. Maledictus qui dederit de filiabz suis uxorem: beniamin. Cepuntq; consilium: atq; dixerunt. Ecce sollempnitas dñi ē in syló annūlaria: que sita ē ad septentrionē urbis bethel. ⁊ ad orientalem plagam uie que de bethel tendit ad sichimā: et ad meridiem oppidi lebona. Precepuntq; filys beniamin: atq; dixerunt. Ite. et latitate in uineis. Cumq; uideritis filias syló. ad ducendos choros exire pcedere; exite repente ex uineis. et rapite eas. singuli uxores singulas: et pgite in terram beniamin. Cumq; uenerint patres earum ac frēs. et adūsum uos queri ceperit atq; iurgari: dicemus eis. Miseremini eoz. Non enī rapuerunt eas ure bellantiū atq; uictoz; sed rogantibz ut accipent ⁊ nō dedistis: et a ūra parte peccatū est. Fecerūtq; filij beniamin ut sibi fuerat imperatum: et iuxta numerū suū rapuerūt sibi de hys que ducebāt choros. uxores singulas. Abieruntq; in possessionē suam: edificantes

urbes et habitantes in eis. Filij quoq; isrl. reuersi sunt p tribus et familias in tabernacula sua. In dieb; illis non erat rex in isrl. sed unusquisq; qđ sibi rectum uidebatur. hoc faciebat. Explicit liber Iudicum. Incipit liber ruth. ~~

dieb; unus iudicis qñdo iudices pĕrant. facta est fames in terra. Abijtq; homo de bethleem iuda. ut pegrinaretur in regione moabitide. cum uxore sua ac duob; liberis. Ipse uocabatur elimelech. et uxor eius noemi. et duo filij alter maalon et alter celion. ephrathei de bethleem iuda. Ingressiq; sũ regionẽ moabitidem. et morabãtur ibi. Et mortuus ẽ elimelech. maritus noemi. Remansitq; ipsa cum filijs. Qui acceperunt uxores moabitidas. Quaꝝ una uocabatur orpha altera ruth. Mansertq; decem annis ibi. et ambo mortui sunt. maalon iudelicet et celion. Remansitq; mulier orbata duob; liberis ac marito. Et surrexit. ut in patriam pgeret cũ utraq; nuru sua. de regione moabitide. Audierant enĩ qđ respexisset dñs pplm suũ. et dedisset eis escas. Egressa est itaq; de loco pegrinatõis sue. cum utraq; nuru. Et iam ĩ uia posita reuertendi in terrã iuda. dixit ad eas. Ite in domũ matris urẽ. faciat uobiscum dñs miam. sicut fecistis cũ mortuis et mecũ. Det uobis inuenire requiem. in domib; uiroꝝ quos sortiture estis. Et osculata est eas. Que eleuata uoce flere ceperunt. et dicere. Tecum pgemus ad pplm tuũ. Quib; illa respondit. Reuertimini filie mi. Cur uenitis mecũ. Numquid ultra habeo filios in utero meo. ut uiros ex me sperare possitis. Reuertimini filie mi abite. Iam enim senectute confecta sũ. nec apta uinculo coniugali. Etiã si possem hac nocte concipere et parere filios. si expectare uelitis donec crescant. et annos impleãt pubertatis. ante eritis uetule qm̃ nubatis. Nolite quesso filie mi. quia uĩa angustia magis me premit. et egressa est manus domini contra me. Eleuata igitur uoce. rursum flere ceperunt. Orpha osculata est socrum ac reuisa est. ruth adhesit socrui sue. Cui dixit noemi. Ecce reuersa est cognata tua ad poplm suum et ad deos suos. uade cum ea. Que respondit. Ne aduersere mi. ut relinquã te et abeam. Quocumq; preteris pgam. et ubi morata fueris et ego parit morabor. Populus tuus pplus meus. et deus tuus ds meus. Que te morientẽ terra susceperit in ea moriar. ibiq; locum accipiã sepulture. Hec mihi faciat ds et hec addat. si non sola mors me et te separauerit. Videns ergo noemi quod obstinato animo ruth decreuisset secum pgere. aduersari noluit. nec ad suos ultra reditum psua

dere. Profectęq; sunt simul; et
uenerunt in bethleem. Quib;
urbem ingressis: uelox apd cun
ctos fama perebruit. Dicebātq;
mulieres. Hec est illa noemi. Q'b;
ait. Ne uocetis me noemi sz uo
cate me marā: quia amaritudi
ne ualde repleuit me omīpotēs.
Egressa sum plena: et uacuam
me reduxit dns. Cur igitur uo
catis me noemi. quam humilia
uit dns. et afflixit omnipotens:
Uenit ergo noemi cū ruth moa
bitide nuru sua de terra peregri
nationis sue; ac reuersa est in
bethleem: quando primū ordea
metebantur.

Erat autem ur. elimelech cō
sanguineus. homo potens z ma
gnaz opum: nōie booz. Dixitq;
ruth moabitis: ad socrum suā.
Si iubes. uadam in agrum. et
colligam spicas. que metentiū
fugerint manus: ubicunq; cle
mentis in me patrisfamilias rep
perero grām. Cui illa respondit.
Uade filia mi. Abiit itaq;: et
colligebat spicas post tergū me
tentium. Accidit autē. ut ager
ille haberet dnm nomine booz:
qui erat de cognatione elimelech.
Et ecce ipse uenichat de bethle
em. Dixitq; messorib; Dns uo
biscum. Qui responderūt ei. Be
nedicat tibi dns. Dixitq; booz
puero: qui messorib; p̄erat. Cui
hec est puella: Qui respōdit. Hec
est moabitis que uenit cū noemi
de regione moabitide; et rogauit
ut spicas colligeret remanentes:
sequens messor uestigia. Et de
mane usq; nunc stat in agro. z
nec ad momentū quidē domū
reuersa est. Et ait booz ad ruth.
Audi filia. Ne uadas in alterū
agrum ad colligendum. nec rece
das ab hoc loco; sed iungere puel
lis meis: et ubi messuerint. sequ.
Mandaui enim pueris meis: ut
nemo molestus sit tibi. Sed si
etiam sitieris. uade ad sarcinu
las: et bibe aquas de quibus et
pueri bibunt. Que cadens in
faciem suā. et adorans sup terrā:
dixit ad eum. Unde m̄ hoc ut in
uenirem grām ante oculos tuos.
et nosse me dignareris pegrinā
mulierem. Cui ille respondit. N.
Nunciata sunt m̄ omnia que fe
ceris socrui tue. post mortē uri
tui; et qd reliqueris parentes tuos
et terram in qua nata es: et ue
neris ad pplm quem ante nesciebas. Reddat tibi dns pro ope tuo;
et plenam mercedem recipias a
dño deo isrl: ad quē uenisti. et
sub cuius confugisti alas. Que
ait. Inuenī grām coram oculis tu
is dne mi. qui consolatus es me. et
locutus ad cor ancille tue: que nō
sum similis unus puellaz tuaz.
Dixitq; ad eam booz. Quando ho
ra uescendi fuerit. ueni huc et co
mede panem: et intinge buccellā
tuam in aceto. Sedit itaq; ad m
messor latus; et congessit polentā

sibi. comeditq; et saturata est: et
tulit reliquias. Atq; inde surrexit:
ut spicas ex more colligeret. Prece
pit aũt booz pueris suis: dicens.
Etiam si nobisc̃u metere uoluerit:
ne phibeatis eam. Et de uñis ꝙq;
manipulis proicite de industria
et remanere pmittite. ut absq; ru
bore colligat: et colligentẽ nemo
corripiat. Collegit ergo in agro us
q; ad uespam. Et que collegerat tur
ga cedens. et excutiens: inuenit
ordei quasi ephi mensurã. id est
modios tres. Quos portans ciui
tati est in ciuitatem: et ostendit so
ceru sue. Insup protulit. et dedit ei
reliquias cibi sui: quo saturata
fuerat. Dixitq; ei socrus. Ubi ho
die collegisti. et ubi fecisti opus?
Sit benedictus: qui misertus ẽ
tui. Indicauitq; ei apud quẽ eẽt
opata: et nomen dixit uiri. qd̃
booz uocaretur. Cui respõdit noe
mi. Benedictus sit a dño: quoniã
eandem grãm quam pbuerat u
ris. seruauit et mortuis. Rursũq;
ait. Propinquus nr est homo. Et
ruth. Hoc quoq; inquit precepit
mi: ut tam diu messoribus iungerer.
donec omis segetes meterentur. ¶.
Cui dixit socrus. Melius est filia
mi. ut cum puellis eius eas ad
metendum: ne in alieno agro qs
piam reluctat tibi. Iuncta ẽ itaq;
puellis booz: et tam diu cum eis
messuit. donec et ordea et triticũ
cõdererent. III

Postquam aũt reuersa est ad
socrum suã: audiuit ab ea. Filia
mi. queram tibi requiem: et pui
debo ut bene sit tibi. Booz iste cui
puellis in agro iuncta es. propin
quus nr est: et in hac nocte aream
ordei uentilat. Lauare igitur et
ungere. et induere cultioribz uesti
mentis: ac descende in aream.
Non te uideat homo: donec esum
potumq; finierit. Quando aũt
ierit ad dormiendũ: nota locũ
in quo dormiat. Veniesq; et dis
coopies pallium quo operitur. a
parte pedum: et proicies te. ibi
iacebis. Ipse aũt dicet tibi: quid
agere debeas. Que respõdit. Et
quid pceperis faciam. Descendit
q; in aream: et fecit omnia que
sibi imperauerat socrus. Cumq; co
medisset booz et bibisset. et factus
esset hilarior. isset q; ad dormiendũ
iuxta aceruũ manipulor: uenit
abscondite. et discoopto pallio. a
pedibz eius se proiecit. Et ecce
nocte iam media. expauit homo
et conturbatus ẽ: uidit q; mulie
rem iacentem ad pedes suos. & ait
illi. Que es? Illa respondit. Ego
sum ruth ancilla tua. Expande pal
lium tuũ sup famulã tuam: quia
ppinquus es. Et ille. Benedicta
inquit es dño filia: et porem mise
ricordiam posteriore superasti: q̃a
nõ es secuta uuenes pauper siue
diuites. Nolo ergo metuere: sed q̃c
quid dixeris mi. faciam tibi. Scit
enim omnis popl's qui habitat intra
mee urbis portas: mulierem te

ē uirtutis. Annuo me ꝓpinquū: sed est alius me ꝓpinquior. Qui esce hac nocte: et facto mane si te uoluerit ure ꝓpinquitatis retinere. bene res acta est. Sin autē ille noluerit; ego te absq; ulla dubitatione suscipiam: uiuit dñs. Dormi usq; mane. Dormiuit itaq; ad pedes eius: usq; ad noctis abscessum. Surrexit itaq; ante qm̄ homines se cognoscerent mutuo. Et dixit booz. Caue ne quis nouerit. qd' huc ueneris. Et rursum. Expande inquit pallium tuū quo operiris: et tene utraq; manu. ⁊. Qua extendente et tenente. mē sus est sex modios ordei: ⁊ posuit sup eam. Que portans ingressa est ciuitatem: et uenit ad socrum suam. Que dixit ei. Quis egrs filia: Narrauitq; ei omnia que sibi fecisset homo: et ait. Dedit sex modios ordei dedit mihi: et ait. Nolo te uacuam reuerti ad socrū tuam. Dixitq; noemi. Expecta filia: donec uideamus quem res exitum habeat. Nec; enim cessabit homo: nisi compleuerit que locutus est.

Ascendit ergo booz ad portam: et sedit ibi. Cumq; uidisset propinquū preterire. de quo prius sermo habitus est. dixit ad eum; declina paulisp et sede hic: uocans eū nōie suo. Qui diuertit: et sedit. Tollens autem booz decem uiros ciuitatis: dixit ad eos. Sedete hic. Quibus residentibz: locutus est ad propinquū. Partem agri fratris nri elimelech uendidit noemi: q̄ reuersa est de regione moabitide. Quod audire te uolui. et tibi dicere: coram cunctis sedentibz maioribz natu de populo meo. Si uis possidere ure propinq̄tatis: eme et posside. Sin autem tibi displicet; hoc ipm̄ indica mihi: ut sciam quid facere debeam. Nullus est enim propinquus: excepto te qui prior es. et me qui secundus sum. At ille respondit. Ego agrum emam. Cui dixit booz. Quando emeris agrum de manu mulieris; ruth quoq; moabitidem que uxor defuncti fuit debes accipere: ut suscites nomen propinqui tui. in hereditate sua. Qui respondit. Cedo ure propinquitatis: nec; enim posteritatem familie mee delere debeo. Tu meo utere priuilegio: quo me libenter carere profiteor. Hic autem erat mos antiquitus in isrl' inter propinquos; ut si quis do alter alteri suo iure cedebat: ut esset firma concessio soluebat homo calciamentū suum. ⁊ dabat propinquo suo. Hoc erat testimonium cessionis: in isrl'. Dixit ergo booz propinquo. Tolle calciamentum. Quod statim soluit de pede suo. At ille: maioribz natu. et uniuerso populo. Testes mei uos hodie. quod possederim oīa que fuerunt elimelech et celion ⁊ maalon. tradente noemi. ⁊ ruth

moabitidem uxorem maalon in
conugiū sumpserim; ut suscitē
nomen defuncti in hereditate sua:
ne uocabulum eius de familia
sua ac fratribz et populo deleat.
Vos inquam: huius rei testes
estis. Respondit omnis populus
qui erat in porta: et maiores na
tu. Nos testes sumus. Faciat do
minus hanc mulierem que ingre
ditur domū tuam. sicut rachel et
liam que edificauerunt domum
isrl': et sit exemplum uirtutis in
effratha. et habeat celebre nom̄
in bethleem. Fiatq; domus tua
sicut domus phares. quē thamar
genuit iude. de semine quod tibi
dederit dñs ex hac puella. Tulit
itaq; booz ruth: et accepit uxorē.
Ingressusq; est ad eam: et dedit
illi dñs ut conciperet et pareret
filium. Dixeruntq; mulieres ad
noemi. Benedictus dñs. qui nō
est passus ut deficeret successor
familie tue; et uocaretur nomen
eius in isrl': et habeas qui con sole
tur aiam tuam. et enutriat sene
ctutem. De nuru enī tua natus
est qui te diliget: et multo tibi
melior est. quam si septem habe
res filios. Susceptumq; noemi
puerum posuit in sinu suo: et
nutricis ac gerule officio funge
batur. Vicine aūt mulieres con
gratulantes ei. et dicentes natus
est filius noemi: uocauerunt no
men eius obēd. Hic est patr̄ ysai:
patris dauid. Hec sunt generati

ones phares. Phares: genuit es
rom. Esrom: genuit aram. Aram:
genuit aminadab. Aminadab: ge
nuit naason. Naason: genuit sal
mon. Salmon: genuit booz. Booz:
genuit obēd. Obēd: genuit ysai.
Ysai: genuit dauid. Explicit liber
Ruth.

Incipit prolog⁹ sancti ieronimi
pbi in libros regum.

Viginti et duas ee litte
ras apud hebreos. sy
ros quoq; lingua et
chaldeos retinatur: que hebree
magna ex parte confinis est. Hā
et ipsi uiginti duo elementa ha
bent: eodem sono. sed diuersis ca
racteribus. Samaritanam etiam pen
tatheucum moysi totidem litteris
scripturant: figuris tantum et a
picibus discrepantes. Certumq; ē
heldram scribam legisq; doctorē.
post captam ierosolimam et in
staurationē templi sub zorobabel.
alias litteras reperisse. quib; nūc
utimur: cum ad illud usq; ad
tempus. ydem samaritanoy et
hebreoy caracteres fuerint. In li
bro quoq; numeroy hec eadē sup
putatio. sub leuitarū ac sacerdo
tum censu mystice ostenditur: et
nomen dñi tetragramaton in q̄
busdam grecis uoluminib; usq;
hodie antiquis expressum litteris
inuenimus. Sed et psalmi. trice
simus sextus. et centesimus decim⁹.
et centesimus undecimus. et cen
tesimus octauus decimus. et cente
simus quadragesimus quartus.
quāq̄m diuerso scribantur metro:
tamen eusdem numeri texuntur
alfabeto. et threnne lamentatio
nes. et oratio eius. salomonis q̄q;
in fine prouḃia ab eo loco in quo
air: mulierem fortem quis inue
nies: eisdem alphabetis ul' inci
sionib; supputantur. Porro q̄nq;
littere duplices apud hebreos sūt:
caph. men. nun. phe. sade. Aliter
enim scribunt p̄ has. principia
mediet ates q; uerboy: aliter finē.
Unde et quinq; a plerisq; libri.
duplices estimantur: samuel. ma
lachim. dabreiamin. esdras. thre
mias cum cynoth id est lamenta
tionib; suis. Quomodo igitur u
ginti duo elementa sunt p̄ que
scribimus hebraice omne q̄d' loq̄
mur. et eoy intrys uox humana
comphenditur; ita uiginti duo
uolumina supputantur: quibus
quasi litteris et exordys. in dei
doctrina. tenera adhuc ⁊ lactens
uita usq; erudit ur infantia. Pri
mus apud eos liber uocatur bre
sith: quem nos genesim dicim⁹.
Sed's elleimoth: qui exodus ap
pellatur. Tertius uagecra: id est
leuiticus. Quartus uagedaber:
quē numerū uocamus. Quintus
elleabdabarim: qui deuteronomi
um p̄notatur. Hy sunt quinq; li
bri moysi: quos ppte thorath id
est legem appellant. Sedim. pro
phārum ordinem faciunt; et in
cipiunt a ihū filio naue: qui apd'
illos iosue bennun dicitur. De
inde subtexunt sophrim. id est
iudicum librum; et in eundem.
compingunt ruth: quia in diebs
iudicum. facta eius narratur
hystoria. Tertius seq̄tur samu
el: quem nos regnoy primū et
secundū dicimus. Quartus ma

lachim id est regum: qui tercio & quarto regnoꝝ uolumine cõtinetur. Septimus quoq; est multo malachi id est regum: qñ malachot id ẽ regnoꝝ dicere. Non enĩ multaꝝ gentium regna describit. sz unius tm̃ populi: qui tribubz duodecim continetur. Quintus est ysaias. sextus ieremias. septimus est ezechiel: octauus liber duodecim pphaꝝ. qui apud illos uocatur thareasra. Tercius ordo: agiographa possidet. Et primus liber incipit: a tob. Sedz a dauid: quẽ quinq; mansionibz. et uno psalmoꝝ uolumine comprehendũt. Tercius ẽ salomon. tres libros habens: ꝓuerbia que illi pabolas id est masloth appellant. Quartus ecclesiastes: id est coeleth. Quintus est canticum canticoꝝ: quẽ titulo syrasirim ꝓnotant. Sextus ẽ daniel. Septimũ dabreiamim id est uerba dierũ: qd̃ significantius cronicon totius diuine hystorie possumus appellare. Qui liber: apud nos. paralipomenon primus. et scds inscribitur. Octauus esdras: qui et ipe similiter apud grecos et latinos: in duos libros diuisus est. Nonus hester. Atq; ita fiunt pariter ueteris legis libri uiginti duo: id est moysi quinq;. Et pphaꝝ octo. agiographoꝝ nouem; qmqm̃ nõnulli ruth et cinoth. inter agiographa scripserint: et hos libros in suo putent numero supputandos; ac ꝓ hoc esse prisce legis libros uiginti quatuor. qs sub numero uiginti quatuor seniorz. apokalipsis iohannis inducit adorantes agnum. et coronas suas ꝓstratis uultibz offerentes. stantibz coram quatuor animalibz oculatis retro et ante id est in ꝑteritum et in futurum respicientibz: et indefessa uoce clamantibz. sanctus. sc̃s. sc̃s. dn̄s deus omps. qui erat. et qui est. et qui uenturus est. Hic prologus scripturaꝝ quasi galeatum principiũ. omnibz libris quos de hebreo uertimus i latinum. conuenire poterit: ut scire ualeamus quicqd̃ extra hos ẽ. inter apocrypha esse ponendum. Igitur sapientia que uulgo salomonis inscribitur. et ihũ filij syrach liber. et iudith. et thobias & pastor: nõ sunt in canone. Machabeoꝝ primũ librum: ebraicũ reperi. Scds grecus est: qd̃ ex ipa fraſy probari potest. Que cum ita se habeant: obsecro te lector. ne laborem meũ. reprehensionem estimes antiquoꝝ. In tabernaculo dei: offert unusquisq; qd̃ potest. Alij aurum et argentũ. et lapides ꝑciosos: alij byssum et purpuram. et coccum offerunt. & tinctum. Si obsecũ bene agitur: si obtulerimus pelles et caprarum pilos. Et tamen apls contemptibiora nra magis necessaria iudicat. Unde et tota illa tabernaculi pulchritudo. et ꝓ singulas species

ecclie ꝑsentis futuriq; distinctio. pellabꝫ tegitur et celatꝰ: ardoꝛeq; solis et muriã hymbriũ: ea que uulnoꝛa sunt ꝓhibent. Lege ergo ꝓmũ samuel. et malachim meum: meũ inquã meũ. Quicq̃d enim crebꝰ uertendo et emendando sollicitus. et dicimus & tenemus: nõn est. nõn est. Et cum intelleꝛeris qd̃ antea nescieꝛas; uel interꝑtem me estimato si gratus es. uel paraphrasten. si ingratus: quamq̃m in omnino conscius non sim. mutasse me qꝑ piam de hebraica ueritate. Certe si incredulus es: lege grecos codices et latinos. et confer cum hys opusculis. Et ubicumq; discrepare inter se uideris: interroga ꝙ quemlibet hebreoꝝ. cui magis accõmodare debeas fidem. Et si nostra firmauerit; puto qd̃ eum nõ estimes connectoꝛem: ut in eodẽ loco mecum similiter diuinaꝛit. Sed et uos famulas xp̃i rogo. q̃ dñi discumbentis ꝑciosissimo fidei mutro ungitis caput. que nequaq̃m saluatoꝛem queritis in sepulchro. quibꝫ tam ad patrem xp̃c ascendit: ut contra latrantes canes. qui aduersum me rabido oꝛe deseuiunt. et circueunt ciuitatem. atq; in eo se doctos arbitrantur si aliq detrahant: oꝛatio nũ uraꝝ clipeos opponatis. Ego saẽ humilitatẽ meam: illius semper sententie recoꝛdabor. Dixi custodiam uias meas: ut nõ delinquã in lingua mea. Posui oꝛi meo custodiam: cum consisteret peccatoꝛ aduersum me. Obmutui et humiliatus sum: et silui a bonis. Explicat prologus. Incipit primus liber regum.

VIR uꝛ unus de ramathaim sophim. de monte ephraym: et nomen eius helcana. filiꝰ ieroam. filij eliud. filij thou. filij suph ephrateus. Et habuit duas uxoꝛes. Nomen uni anna: et nomen secunde phennenna. Fueꝛntq; phenneñe filij: anne uero non erant liberi. Et ascendebat uꝛ ille de ciuitate sua statutis diebus: ut adoꝛaret et sacrificaret dño exercituũ in silo. Erant aũt ibi duo filij heli. ofni et finees: sacerdotes dñi. Venit ergo dies. et immolauit helcana: dedit q; fenneñe uxoꝛi sue et cunctis filijs eius. et filiabꝫ partes. Anne aũt dedit partem unam tristis: quia annam diligebat. Dñs autem: conclusꝛat uulnã eius. Affligebat quoq; eam emula ei. et uehemẽter angebat: in tantũ ut exꝓbꝛaret. qd̃ conclusisset dominus uulnã eius. Sicq; faciebat ꝑ singulos annos. cũ ꝛedeunte tempe in domũ dñi ascenderent: et sic ꝓuocabat eam. Porro illa flebat: et nõ capiebat cibum. Dixit ergo ei helcana uꝛ suus. Anna cur fles. et quare nõ comedis.

et quā ob rem afflīgitur cor tuū.
Numqd nō ego melior sum tibi
quā decem filij. Surrexit autē
anna: postqm comederat ī silo
et biberat. Et helī sacerdote se
dente sup sellam ante postes tem
pli domus dñi: cum esset amaro
animo. orauit dñm flens largit.
et uotum uouit dicens. Dñe exer
cituū si respiciens uideris afflic
tionē famule tue. et recordatus
mei fueris nec obliuis ancille
tue. dederisq; serue tue semen u
rile; dabo eum dño omnibus
diebz uite eius: et nouacula nō
ascendet sup caput eius. Factū
est autē cum illa multiplicaret
preces coram dño: ut helī obser
uaret os eius. Porro anna loque
batur in corde suo; tantumq; la
bia illius mouebantur: et uox pe
nitus illius nō audiebatur. Exī
mauit ergo eam helī temulentā:
dixitq; ei. Usq; quo ebria eris? Di
gere paulisper uinum quo madēs.
Respondit anna: nequaqm inquit
dñe mi. Iam mulier infelix nimis
ego sum. Vinūq; et omne qd' ine
briare potest non bibi: sed effudi
aiam meam in conspectu dñi. Ne
reputes ancillam tuā quasi unā
de filiabz belial: quia ex multitu
dine doloris et meroris mei locu
ta sum usq; in psens. Tunc helī
ait ei. Vade in pace: et deus isrl
det tibi petitionē tuam quā ro
gasti eum. Et illa dixit. Utinā
inueniat ancilla tua grām in
oculis tuis. Et abiit mulier in ui
am suam; et comedit: uultusq; il
lius nō sunt amplius in diuersa
mutati. Et surrexerunt mane. et
adorauerūt coram dño: reuersiq;
sunt. et uenerunt in domū suā ra
matha. Cognouit autē helcana
annam uxorem suā: et recordatus
est eius dñs. Et fm est post circu
lum dieq; concepit anna. et peperit
filiū. Vocauitq; nom eius samu
el: eo qd' postulasset eum a dño.
Ascendit aūt helcana et omnis
domus eius. ut īmolaret dño hosti
am sollempnē et uotum suū: et
anna nō ascendit. Dixit enī uiro
suo. Non uadam donec ablactetur
infans. et ducam eū: et appareat
ante conspectū dñi. et maneat ibi
usq; ter. Et ait ei helcana uir su
us. Fac qd' tibi bonum uidetur:
et mane donec ablactes eū. Pre
coroq; ut impleat dñs uerbū suū.
Mansit ergo mulier et lactauit fi
lium suū: donec amoueret eum a
lacte. Et adduxit eum secum post
qm ablactauerat in uitulis tribz.
et tribz modys farine et amphora
uini: et adduxit eum in domū
dñi in silo. Puer aūt erat adhuc
infantulus. Et īmolauerunt ui
tulū: et obtulerūt puerum helī.
Et ait anna. Obsecro mi dñe; ui
uit anima tua dñe: ego sum mu
lier illa que steti coram te hic. o
rans dñm. Pro puero isto ora
ui: et dedit mi dñs petitionē meā.
quā postulaui eū. Idcirco et ego

comendauit eū dño: cunctis diebꝫ q̄bꝫ
fuit accōmodatus dño. et adorauerunt ibi dñm. Et orauit anna: et
Exultauit cor meū in dño: et exaltatum ē cornu
meū in deo meo. Dilatatum est os
meū sup inimicos meos: quia letata sum in salutari tuo. Non est
sc̄s ut est dñs; neq; enim ē alius
extra te: et nō est fortis sicut ds nr.
Nolite multiplicare loqui sublimia:
glantes. Recedant uetera de ore
uō; quia ds scientiaꝝ dñs est: et
ipsi p̄parantur cogitationes. Arcus
fortium superatus est: et infirmi accincti sunt robore. Saturati pus p
panibꝫ se locauerunt. et famelici sa
turati sunt: donec sterilis peperit
plurimos. et que multos habebat
filios infirmata ē. Dñs mortificat
et uiuificat: deducit ad infernū et
reducit. Dñs pauperem facit et ditat: humiliat et subleuat. Suscitat de puluere egenū. et de stercore
eleuat pauperem: ut sedeat cū p̄ncipibꝫ. et solium glē teneat. Dñi enī
sunt cardines terre: et posuit sup
eos orbem. Pedes sōr suoꝝ seruabit; et impij in tenebris conticescent: quia nō in fortitudine sua roborabitur uir. Dñm formidabunt
adūsarij eius: et sup ipos in celis
tonabit. Dñs iudicabit fines terre;
et dabit imperiū regi suo: et sublimabit cornu xp̄i sui. Et abiit hel
cana in ramatha: in domū suā.
Puer aūt erat minister in conspectu dñi: ante faciem heli sacerdotis. Porro filij heli. filij belial: nesci
entes dñm. neq; officiū sacerdotū
ad ꝑtin. Sed quicūq; immolasset
uictimā. ueniebat puer sacerdotis
dum coquerentur carnes. et habebat fuscinulam tridentem in manu
sua; et mittebat eam in lebetem
uel in caldariam. aut in ollā siue
in cacabum: et omne qd leuabat
fuscinula tollebat sacerdos sibi.
Sic faciebant uniuerso isrl: uenien
tiū in sylo. Etiam antequā adolerent adipem: ueniebat puer sacerdotis. et dicebat immolanti. Da m
carnem: ut coquā sacerdoti. Non
enī accipiam a te carnem coctam:
sz crudam. Dicebatq; illi immolans.
Incendatur primū uxta morem
hodie adeps: et tolle tibi quantū
cūq; deliderat aīa tua. Qui respō
dens aiebat ei. Nequaq̄m. Nunc
enī dabis: alioquin tollā ui. Erat
ergo peccm puerorꝝ grande nimis
coram dño: quia detrahebant homines a sacrificio dñi. Samuel aūt
ministrabat ante faciē dñi: puer
accinctus ephod lineo. Et tunicā
paruā faciebat ei mater sua: quā
afferebat statutis diebꝫ. ascendens
cum uiro suo ut immolaret hostiā
sollempnē. Et benedixit heli helca
ne et uxori eius: dixitq; . Reddat
tibi dñs semen de muliere hac: p
fenore qd cōmodatū dño. Et abie
runt in locum suū. Uisitauit ergo
dñs annā et concepit: et peperit
tres filios. et duas filias. Et ma
gnificatus ē puer samuel: apud

dñm. Helý aũt erat senex ualde. Et
audiuit oĩa que faciebant filij sui
uniuerso isrl: et quom dormiebant
cũ mulieribz que obseruabant ad
ostiũ tabnaculi. Et dixit eis. Quare facitis res huicemodi. quas ego
audio. res pessimas. ab omni populo.
Nolite filij mei. Non est enĩ bona
fama quam ego audio: ut trãsgredi faciatis populm dñi. Si peccauerit uir in uirum: placari ei potest
ds. Si aũt in dñm peccauerit uir.
quis orabit pro eo: Et nõ audierunt uocem patris sui: qa uoluit
ds occidere illos. Puer aũt samuel proficiebat atq; crescebat: et placebat tam deo qm̃ hominib; Venit aũt uir dei ad helý: et ait ad
eum. Hec dicit dñs. Numqd non
aperte reuelatus sum domui patris tui. cũ esset in egipto ĩ domo
pharaonis; et elegi eum ex omnib;
tribub; isrl mihi in sacerdotem:
ut ascenderet ad altare meũ. et adoleret in incensum et portaret coram me ephod. et dedi domui patris tui omnia de sacrificijs filioz
isrl: Quare calce abicitis uictimã
meam. et munera mea que pcepi
ut offerrentur in templo. et magis honorasti filios tuos qm̃ me.
ut comederetis pmitias omnis
sacrificij isrl' populi mei: Propterea
ait dñs ds isrl' Loquens locutus
sum ut domus tua et domus patris tui ministraret in conspectu
meo: usq; in sempiternũ. Nunc aũt
dicit dñs. Absit hoc a me. Sz qui
cũq; honorificauit me: glorificabo
eum. Qui aũt contempnunt me:
erunt ignobiles. Ecce dies uenĩt.
et pcidam brachiũ tuũ. et brachiũ
domus patris tui: ut nõ sit senex
in domo tua. Et uidebis emulũ
tuũ in templo in omnibus psperis
isrl: et non erit senex ĩ domo tua
omnib; diebz. Verũtamen nõ auferam penitus uirum ex te. ab altari meo; sed ut deficiant oculi tui. et
tabescat anima tua: et pars magna domus tue morietur. cũ ad uirilem etatem uenerit. Hoc autem
erit tibi signũ: qd̃ uenturum est
duobz filijs tuis. ofni. et finees.
In die uno: morientur ambo. Et
suscitabo mihi sacerdotẽ fidelẽ: qui
iuxta cor meũ et animã meã faciet. Et edificabo ei domũ fidelẽ:
et ambulabit coram xpõ meo cunctis diebz. Futurũ est autẽ ut quicũq; remanserit in domo tua: ueniat ut oretur pro eo: et offerat
nummũ argenteũ. et torram panis. dicẽsq;. Dimitte me obsecro
ad unam partem sacerdotalẽ: ut
comedã buccellam panis.

Puer aũt samuel ministrabat
dño coram helý: et sermo do
mini erat pciosus. In diebz illis: nõ
erat uisio manifesta. Factum est
ergo. in die quadam. helý iacebat
in loco suo; et oculi eius caligauerant: et nõ poterat uidere lucernã
dei antequm̃ extingueretur. Samuel
aũt dormiebat in templo dñi: ubi
erat arcka dei. Et uocauit dñs sa

muel. Qui respondens ait. Loce ego. Et cucurrit ad helý: et dixit. Ecce ego: uocasti enī me. Qui dixit. Nō uocaui te. Reūtere dormi. Et abiit et dormiuit. Et adiecit dñs rursū uocare samuel. Consurgens q̄ samuel abiit ad helý: et dixit. Ecce ego: quia uocasti me. Qui respondit. Non uocaui te fili mi: reūtere et dormi. Porro samuel nerdū sciebat dñm: neq; reuelatus fuerat ei sermo dñi. Et adiecit dñs: et uocauit adhuc samuel tertio. Qui consurgens abiit ad helý: et ait. Ecce ego: quia uocasti me. Intellexit ig̃ helý quia dñs uocasset puerū: et ait ad samuel. Uade: et dormi. Et si deinceps uocauerit te: dices. Loquere dñe: quia audit seruus tuus. Abiit ergo samuel: et dormiuit i loco suo. Uenit q̄ dñs et stetit: et uocauit sicut uocauerat scdō. Samuel samuel. Et ait samuel. Loquere dñe: quia audit seruus tuus. Et dixit dñs ad samuel. Ecce ego facio uerbū in isrl': qd' quicunq; audierit tinnient ambe aures ei. In die illo suscitabo adūsum helý: oīa que locutus sū sup domū eius. Incipiam: et complebo. Predixi enī ei qd' iudicaturus essem domū eius. in eternū. ꝓpter iniquitatem: eo qd' nouerat indigne agere filios suos. et nō corripuit eos. Idcirco iurauī domui helý: qd' nō expietur iniquitas domus eius uictimis et muneribus: usq; in eternū. Dormiuit aūt samuel: usq; mane. Aperuitq; ostia domꝰ dñi. Et samuel timebat indicare uisionē helý. Uocauit ergo helý samuelē: et dixit. Samuel fili mi. Qui respondens ait. Presto sum. Et interrogauit eū. Quis est sermo. quem locutus ē ad te dñs: Oro te: ne celaueris me. Hec faciat tibi ds. et hec addat: si absconderis a me sermonē ex omnibus uerbis que dicta sunt tibi. Indicauit itaq; ei samuel uniuersos sermones: et nō abscondit ab eo. Et ille respondit. Dñs est: quod bonum ē in oculis suis faciat. Creuit autem samuel. et dñs erat cum eo: et nō cecidit ex omnibus uerbis eius in terram. Et cognouit uniuersus isrl' a dan usq; berſabee: qd' fidelis samuel. ꝓpha ēet dñi. Et addidit dñs ut apparēret in silo: qm̄ reuelatus fuerat dñs samueli in silo iuxta uerbū dñi. Et uenit sermo samuelis: uniuerso isrli.

III

Et factum ē in diebus illis cōuenerunt philistiim in pugnā. Egressus ē namq; isrl' obuiam philistiim in plium: et castra metatus est iuxta lapidē adiutorij. Porro philistiim uenerūt in afec: et instruxerunt aciem cōtra isrl'. Inito aūt certamine. terga ūrit isrl' philistheis: et cesa sunt in illo certamine. passim p agros. quasi quatuor milia uiroꝝ. Et reuersus est ꝑplus ad castra. Dixeruntq; maiores natu de isrl'. Quare percussit nos hodie dñs. coram philistiim:

I R

Afferamus ad nos de ſylo archā
fœderis dñi: et ueniat in mediū
nr̄i: ut ſaluet nos de manu inimi
coꝝ nr̄oꝝ. Abiit g̈ ꝑs in ſylo:
et tulerunt inde archam fœde
dñi exercituū ſedentis ſup cheru
bin. Erantq; duo filij heli cū ar
cha fœderis dñi: ofni et phinees.
Cumq; uenisset archa fœderis dñi
in castra: uociferatus ē oīs isr̄l
clamore grandi: et ꝑsonuit terra.
Et audierūt philistiim uocē clamo
ris: dixeruntq; Que nam est hec
uox clamoris magni in castris he
breoꝝ? Et cognouerūt qđ archa dñi
uenisset in castra. Timuerūtq; phi
listiim: dicentes. Venit ds in castra.
Et ingemuerūt dicētes. Ve nobis. ſm̄
enī fuit tanta exultatio: heri et nu
dius tertius. Ve nobis. Quis nos
seruabit de manu deoꝝ sublimiū is
toꝝ? Hi sunt dij: qui percusserunt e
giptū omni plaga in deserto. Con
fortamini et estote uiri philistiim:
ne seruiatis hebreis. sicut illi ser
uierunt nobis. Confortamini: et
bellate. Pugnauerūt g̈ philistiim.
et cesus ē isr̄l: et fugit unusquisq;
in tabnaculū suū. Et frā ē plaga
magna nimis. Et ceciderūt de isr̄l
triginta milia peditum: ⁊ archa
dei capta ē. Duo quoq; filij heli
mortui sunt: ofni et finees. Cur
rens aūt uir de beniamin ex acie:
uenit in ſylo in die illo: ſcissa ueste
et conſpſus puluere caput. Cumq;
ille uenisset: heli sedebat sup sel
lam cōtra uiam ſpectans. Erat enī
cor eius pauens: ꝙ archa dei. Vir
aūt ille postq̄m ingressus ē nūcia
uit urbi: et ululauit oīs ciuitas.
Et audiuit heli sonitum clamoris:
dixitq; Quis est hic sonitus tumul
tus huius? At ille festinauit ⁊ uenit:
et nuntiauit heli. Heli aūt erat
nonaginta et octo annoꝝ: et oculi
eius caligauerant: et uidere nō po
terat. Et dixit ad heli. Ego sum q̄
ueni de ꝑlio: et ego qui de acie fu
gi hodie. Cui ille ait. Quid actū
est fili mi? Respondens aūt ille
qui nūciabat. fugit inq̄t isr̄l coꝝ
philistiim: et ruina magna facta
est in ꝑlio. Insup et duo filij tui mor
tui sunt ofni et phinees: et archa
dei capta ē. Cūq; ille nominasset
archam dei: cecidit de sella retror
sum iuxta ostium: et fractis cer
uicibus mortuus ē. Senex enī erat
uir et grandeuus: et ipse iudica
uit isr̄l quadraginta annis. Mulier
aūt eius uxor phinees pregnans
erat: uicinaq; pārtui. Et audito
nuncio. qđ capta ēet archa dei. et
mortuus socer suus. et uir suus: i
curuauit se et peperit. Irruerant enī
in eam: dolores subiti. In ipo aūt
momto mortis eius: dixerunt et
que stabant circa eam. Ne timeas:
quia filiū peperisti. Que nō respon
dit eis: neq; animadūrit. Et uoca
uit puerum ychabod: dicēs. Trans
lata est gl̈a de isr̄l: qua capta est
archa dei. Et pro socero suo et pro
uiro suo ait; translata ē gl̈a ab
isr̄l: eo qđ capta ēet archa dei.

Philistym aũt tulerunt archam dei: et asportauerũt eã a lapide paduronȝ in azotum. Tuleruntq; philisthym archam dei; et intulerũt eam in templũ dagon: et statuerũt eã iuxta dagon. Cumq; surrexisset diluculo azotij altera die: ecce dagon pnus iacebat in terra ante archã dñi. Et tulerunt dagon: et restituerũt eum in locũ suum. Rursumq; mane die altero cõsurgentes: inuenerunt dagon iacentem sup faciem suã in terra coram archa dñi. Caput aũt dagon. ⁊ due palme manuũ eius abscise: erant sup limen. Porro dagon truncus solus: remanserat in loco suo. Propt̃ hãc causam nõ calcant sacerdotes dagon et oms qui ingrediuntur templũ eius sup limen dagon in azoto: usq; in hodiernũ diem. Aggrauata est aũt manus dñi sup azotios: et demolitus ẽ eos. Et percussit in secretiori parte natiũ: azotum ⁊ fines eius. Videntes aũt uiri azotij huiuscemodi plagam: dixerunt. Non maneat archa dei israhel apud nos: qm̃ dura est manus eius sup nos. et sup dagon dñm nr̃m. Et mittẽtes congregauerũt oms satrapas philistinoȝ ad se: et dixerũt. Quid faciemus de archa dei israhel? Responderuntq; gethei. Circũducatur archa dei israhel. Et circũduxerunt archam dei israhel. Illis aũt circũducentibus eam: fiebat manus dñi sup singulas ciuitates interfectionis magne nimis; et percutiebat uiros ciuitatis cuiusq; urbis a paruo usq; ad maiorẽ: et computrescebãt pminentes extrales eoȝ. Inierunt q; gethei consiliũ: et fecerunt sibi sedes pellicias. Miserunt ergo archam dei in accharon. Cumq; uenisset archa dei in accaron: exclamauerũ accaronite dicentes. Adduxerunt ad nos archam dei israhel: ut interficiat nos ⁊ pplm nr̃m. Miserunt itaq;: et congregauerũ oms satrapas philistinoȝ. Quid dixerunt. Dimittite archam dei israhel. et reuertatur in locum suũ: et nõ interficiat nos cũ pplo nr̃o. Fiebat enĩ pauor mortis in singulis urbibus: et grauissima ualde manus dñi. Viri quoq; q̃ mortui nõ fuerant: percutiebantur in secretiori parte natiũ: et ascendebat ululatus uniuscuiusq; ciuitatis

Fuit q̃ archa VII in regione philistinoȝ: septem mẽsibus. Et uocauerunt philistym sacerdotes et diuinos: dicẽtes. Quid faciemus de archa dei? Indicate nobis: quom̃ remittemus eam in locum suũ. Qui dixerunt. Si remittitis archam dei israhel. nolite dimittere eã uacuam; sed qd debetis reddere ei p̃ peccato. et tũc curabimini: ⁊ scietis quare non recedat a uobis manus ei. Qui dixerunt. Quid est qd̃ p̃ delicto reddere debeamus ei? Responderuntq; illi. Juxta numerũ prouinciaȝ philistinoȝ quinq; anos aureos facietis. et quinq; mures aureos: qa plaga una fuit omnibus uobis. et satrapi

I Re

uīs. ſacietisq; ſimilitudines anox
uīox. et ſimilitudines murū qui de
molīti ſunt tram; et dabitis dō iſrl'
glām: ſi forte releuet manū ſuā a
uobis. a dijs uīs. et a terra uestra.
Quare aggrauatis corda uīa. ſicut
aggrauauit egiptus et pharao cor
ſuū? Nonne postq̄m pcussus ē. tūc
dimisit eos. et abierunt? Nunc g
arripite. et facite plaustrū nouū
unū; et duas uaccas feras quib;
non est impositū iugum. iungite
in plaustro. et reeludite uitulos
earx domi. Tolletisq; archam dñi.
et ponetis in plaustro; et uasa au
rea que exsoluistis ei pro delicto.
ponetis in capsella ad latus eius.
et dimittite eam ut uadat. a aſ
picietis. Et si quidē p uiam finuū
suox ascenderit contra bethsamēs.
ipē fecit nobis malū hoc grande.
Sin aūt minime; sciemus quia
nequaq̄m manus ei? tetigit nos.
sed casu accidit. Fecerunt ergo illi
hoc modo. Et tollentes duas uac
cas que lactabant uitulos. iunxe
runt ad plaustrū. uitulos quoq;
earx reclusērunt domi. Et posuerē
archam dei sup plaustrū. et cap
sellam que habebat mures aureos.
et similitudinē anox. Ibant aūtē
in directum uacce p uiam que du
cit bethsamēs. et tenere uno gra
diebantur pgentes et mugientes.
et nō declinabant neq; ad dexterā
neq; ad sinistram. Sz et satrape
philistinox sequebantur. usq; ad
terminos bethsamēs. Porro beth
samite metebāt triticū i ualle. Et
eleuantes oculos uiderūt archam.
et gauisi sunt cū uidissēt. Et plau
strum uenit in agrum iosue beth
samite. et stetit ibi. Erat autē ibi
lapis magnus. Et ciderūt ligna plaustri. uaccasq; imposuerunt
sup ea holocaustū dño. Leuite autē
deposuerūt archam dei. et capsellā
que erat iuxta eam in qua erant
uasa aurea. et posuerē sup lapidē
grandem. Viri aūt bethsamite ob
tulerunt holocausta. et īmolauerūt
uictimas in die illa dño. Et quinq;
satrape philistinox uiderūt. et reū
si sunt in accharon in die illa. Hi
sunt aūt anī aurei. quos reddiderē
philistijm dño p delicto; azotus u
num. gaza unū. ascalon unum.
geth unū. accaron unū; et mures
aureos scīm numerū urbiū philisti
im quinq; prouinciax. ab urbe mu
rata usq; ad uillam que erat absq;
muro. et usq; ad abel magnū sup
quē posuerunt archam dñi. que e
rat usq; in die illa in agro iosue
bethsamites. Percussit aūtē de u
ris bethsamitis. eo qd' uidissent
archam dñi; et pcussit de pplo sep
tuaginta uiros. et quinquaginta
milia plebis. Luxitq; popls. qd' p
cussisset dñs plebem plaga magna.
Et dixerūt uiri bethsamite. Quis
poterit stare in conspectu dñi dei sc̄i
huius. et ad quem ascendet a nobis?
Miseruntq; nuncios ad habitatores
cariathiarim. dicentes. Reduxe
runt philistijm archam dñi: des

tendere et reducere eā ad uos. VII

Tenerunt g̃ uiri cariathiarim. et reduxerūt archam dñi: ⁊ intulerunt eam in domū aminadab ī gabaa. Cleazarū aūt filiū eius sctificauerunt: ut custodiret archam dñi. Et fm̃ est ex qua die mansit archa dñi in cariathiarim: multipl̃icatis sē dies. Erat quippe iam annus uicesimus. Et requieuit oīs dom̃ ysrl̃: post dñm. Dixit aūt samuel ad uniuersam domū ysrl̃: dicens. Si in toto corde uro reuertimini ad dñm: auferte deos alienos de medio uīm: et astaroth. Et pparate corda uīa dño. et seruite illi soli: et eruet uos de manu philistiim. Abstulerunt ergo filii ysrl̃ baalim et astaroth: et seruierunt dño soli. Dixit aūt samuel. Congregate uniuersum ysrl̃ in maspha: ut orem p uobis dñm. Et conuenerūt in maspha. Hauseruntq; aquā. et effuderunt in cōspectu dñi: et ieiunauerunt ī die illa: et dixerunt. Tibi peccauimus dñe. Judicauitq; samuel filios ysrl̃: in maspha. Et audierūt philisthiim qđ congregati essent filii ysrl̃ in maspha. et ascenderunt satrape philistinoꝝ ad ysrl̃. Qđ cum audissent filii ysrl̃: timuerūt a facie philistinoꝝ. Dixeruntq; ad samuel. Ne cesses p nobis clamare ad dñm dñm nm̃: ut saluet nos de manu philistinoꝝ. Tulit aūt samuel agnū lactentē unum: et obtulit illū holocaustū integrū dño. Et clamauit samuel ad dñm pro ysrl̃: et exaudiuit eū dñs. Factum ē autē cū samuel offerret holocaustū: philistei inierūt preliū contra ysrl̃. Intonuit aūt dñs fragore magno ī die illa sup philistiim. et exterruit eos: et cesi sunt a facie ysrl̃. Egressiq; filii ysrl̃ de maspha. persecuti sunt philistheos: et percusserunt eos usq; ad locum qui erat subter bethachar. Tulit aūt samuel lapidem unū. et posuit eū inter maspha et sen: et uocauit nom̃ loci illi⁹ lapis adiutoꝝ. Dixitq; Huc usq; auxiliatus ē nobis dñs. Et humiliati sunt philistiim: nec apposuerunt ultra ut uenirent in finibus ysrl̃. Facta est itaq; manus dñi super philistheos cunctis diebus samuelis: et reddite sunt urbes quas tulerant philistiim ab ysrl̃ ysraheli. ab accaron usq; geth. et finibus suis: liberauitq; ysrl̃ de manu philistinoꝝ. Erat itaq; pax inter ysrl̃ ⁊ amoreum. Judicabat qq; samuel ysrl̃: cunctis diebus uite sue. Et ibat per singulos annos circuens bethel. et galgal et maspha. ⁊ iudicabat ysrlem in supradictis locis: reuertebaturq; in ramatha. Ibi enī erat domus eius: et ibi iudicabat ysrlē. Edificauit ibi etiā altare dño.

VIII

Factum ē aūt cum senuisset samuel: posuit filios suos iudices ysrl̃. Fuitq; nomen filii eius primogeniti iohel. et nom̃ secundi abya: iudicū in berſabee. Et nō ambulauerunt filii eius in uiis eius: sed declinauerūt post auа

riam. Acceperunt munera: et pu
terunt iudiciū. Congregati q̄ uni
uersi maiores natu isrl': uenerunt
ad samuel in ramatha. Dixeruntq;
ei. Ecce tu senuisti: et filij tui non
ambulant in uijs tuis. Constitue
nobis regem ut iudicet nos: sicut
et uniuerse habent nationes. Dis
plicuitq; sermo in oculis samuelis:
eo q̄d dixissent. da nobis regē. ut
iudicet nos. Et oranit samuel ad
dn̄m. Dixit aūt dn̄s ad samuel.
Audi uocem pli: in omnib; que
loquuntur tibi. Non enī te abiece
runt sed me: ne regnem sup eos.
Juxta omnia opera sua q̄ fece
runt a die qua eduxi eos de egip
to usq; ad diem hanc. Sicut dere
liquerunt me et seruierunt dijs
alienis: sic faciunt etiā tibi. Nūc
ergo: audi uocem eoz. Uerūtamē
contestare eos: et predic eis ius re
gis. qui regnaturus est sup eos.
Dixit itaq; samuel omnia uba
dn̄i ad pl'm qui petierat a se re
gem: et ait. Hoc erit ius regis: q̄
impaturus est uobis. Filios uros
tollet. et ponet in curribus suis: fa
cietq; sibi equites et precursores
quadrigaz suaz. et constituet sibi
tribunos et centuriones. et arato
res agroz suoz. et messores sege
tum: et fabros armoz et curruū
suoz. Filias quoq; uras faciet si
bi unguentarias: et focarias et
panificas. Agros quoq; uros et u
neas. et oliueta optima tollet: et
dabit seruis suis. Sed et segetes
uras et uineaz reddituus addecima
bit: ut det eunuchis et famulis su
is. Seruos etiam uros et ancillas
et iuuenes optimos et asinos aufe
ret: et ponet in opere suo. Greges q̄
uros addecimabit: uosq; eritis ei
serui. Et clamabitis in die illa a
facie regis uri quē elegistis uobis:
saul quicqm: in die illa. Cogitabat enim qd forte euenisset ei ut nō eēt mundus nec purificatus. Cumq illuxisset dies secda post kalendas: rursus apparuit uacuus locus dauid. Dixitq saul ad ionathan filium suū. Cur nō uenit filius ysai nec heri nec hodie ad uescendum? Et respondit ionathas saulī. Rogauit me obnixe ut iret in bethleem: et ait. Dimitte me: qm sacrificiū sollemne est in ciuitate. Vnus de frībus meis accersiuit me. Nunc ergo si inueni grām in oculis tuis: uadā eto. et uidebo frēs meos. Ob hanc causam: nō uenit ad regis mīsam. Iratus aūt saul aduersū ionathan: dixit ei. Fili mulieris utrū ultro rapientis; numqd ignoro qa diligis filium ysai in confusionem tuam. et in confusionē ignominie matris tue? Omnib; enī diebz quibz ysai filius uixerit sup terrā: nō stabilieris tu necq regnū tuū. Itaq iam nunc mitte: et adduc eū ad me: quia filius mortis ē. Respondens aūt ionathas saulī patri suo: ait. Quare morietur? Quid fecit? Et arripuit saul lanceam: ut percuteret eum. Et intellexit ionathas qd definitum eēt a patre suo: ut interficeret dauid. Surrexit ergo ionathas a mīsa in ira furoris: et nō comedit in die kalendaz secunda panē. Contristatus ē enim sup dauid: eo qd confudisset eum pater suus. Cūq illuxisset mane. uenit ionathas in agrum iuxta placitum dauid: et puer paruulus cū eo. Et ait ad puerum suū. Vade: et affer mi sagittas quas ego iacio. Cūq puer cucurrisset: iecit aliam sagittam trans puerū. Venit itaq puer ad locum iaculi: qd monstrauerat ionathas. Et clamauit ionathas post tergū pueri: et ait. Ecce ibi est sagitta: porro ultra te. Clamauitq ionathas: post tergum pueri. Festina uelociter: ne steteris. Collegit aūt puer ionathe sagittas. et attulit ad dnm suū: et quid ageretur penitus ignorabat. Tantūmodo enī ionathas et dauid: rem nouerant. Dedit igitur ionathas arma sua puero: et dixit ei. Vade: defer in ciuitatem. Cumq abisset puer. surrexit dauid de loco qui uergebat ad austrum: et cadens pronus in terrā. adorauit tercio. Et osculantes se alterutrū. fleuerunt pariter: dauid aūt amplius. Dixit aūt ionathas ad dauid. Vade in pace. Quecūq uraumus ambo ī nomine dnī dicentes; dns sit inter me et te: et inter semen tuum et semen meū usq in sempiternū. Et surrexit dauid: et abiit. Sed et ionathas ingressus est ciuitatem.

XXI

Venit aūt dauid in nobe: ad achimelech sacerdotem. Et obstupuit achimelech: eo qd uenisset dauid. Et dixit ei. Quare tu solus. et nullus tecum ē? Et ait dauid: ad achimelech sacerdo

rem. Rex p̄cepit m̄ sermonē: et dix
it. Nemo sciat rem p̄ter quā mis
sus es a me: et cuiusmodi tibi p̄cep
ta dederim. Nam et pueris cōdixi:
in illum et illum locum. Nunc igi
tur si q̄d habes ad manū. uel q̄q̄
panes da michi: aut quicquid in
ueneris. Et respondens sacerdos
dauid: ait ei. Non habeo panes la
icos ad manum: sed tantum panē
sc̄m. Si mundi sunt pueri maxīe
a mulieribꝫ. Et respondit dauid
sacerdoti: et dixit ei. Et quidem si
de mulieribꝫ agitur. continuimus
nos ab heri et nudius tertius. q̄ndo
egrediebamur: et fuerunt uasa
puerorꝫ sancta. Porro uia hec pol
luta est: sed et ipsa hodie sanctifica
bitur in uasis. Dedit ergo ei sacer
dos: sanctificatum panē. Non enim
erat ibi panis nisi tantum panis
appositionis: qui sublati fuerant a
facie dn̄i. ut ponerentur panes ca
lidi. Erat aūt ibi uir quidam de
seruis saul in die illa intus in ta
bernaculo dn̄i: et nom̄ eius doech
ydumeus: potentissimus pastor
saul. Dixit aūt dauid: ad achime
lech. Si habes hic ad manū. hastā
aut gladium. Quia gladiū meū
et arma mea nō tuli mecū. Sermo
enī regis urgebat. Et dixit sacer
dos. Ecce hic gladius goliath phi
listei quem percussisti in ualle tere
binthi: est inuolutus pallio post
ephod. Si istum uis tollere: tolle.
Non enim hic alius ē: absq; eo.
Et ait dauid. Non est huic alter
similis. Da m̄ eum. Surrexit itaq;
dauid. et fugit in illa die a facie
saul: et uenit ad achis regē geth.
Dixeruntq; et serui achis. Numq̄d
non est iste dauid rex terre: Non
ne huic cantabant p choros dicen
tes. Percussit saul mille et dauid de
cem milia: Posuit aūt dauid ser
mones istos in corde suo: et extimu
it ualde a facie achis regis geth.
Et īmutauit os suum coram eis:
et collabebatur inter manus eorꝫ:
et impingebat in ostiū portę. De
fluebantq; saliue eius in barbam.
Et ait achis ad seruos suos. Vidi
stis hominem insanū: Quare addu
xistis eum ad me: An desunt no
bis furiosi. q̄d introduxistis istū
ut fureret me p̄sente: Hic ne in
gredietur domū meam:

XXII

Abiit ergo inde dauid: et fugit
in speluncā odollam. Quod
cum audissent fr̄es eius. omnis do
mus patris eius: descenderunt ad
eum illuc. Et conuenerunt ad eum
oēs qui erant in angustia consti
tuti. et oppressi ere alieno. et amaro
animo: et factus est eorꝫ p̄nceps.
fuerunt̄q; cum eo quasi quadrin
genti uiri. Et p̄fectus est dauid
inde in maspha quę est moab: et
dixit ad regem moab. Maneat oro
pater mi⁹ et mater mea uobiscum:
donec sciam quid faciat m̄ dꝰs. Et
reliquit eos ante faciē regis mo
ab. Manseruntq; apud eum: cun
ctis diebꝫ quibꝫ dauid fuit in p̄si
dio. Dixitq; gad p̄pha: ad dauid.

Noli manere in ꝑlio: ꝓficiscere
et uade in terrā iudā. Et profectus
ē dauid: et uenit in saltum areth.
Et audiuit saul: qđ apparuiss̄ da
uid: et uiri qui erant cū eo. Saul
aūt cū maneret in gabaa: et eēt in
nēmore qđ est in ramā: hastā ma
nu tenens. cuncti serui eius circū
starent eum: ait ad seruos suos q̄
assistebant ei. Audite me mīc filii
iemini. Numq̄d omnib; uobis da
bit filius ysai agros et uineas. et
unūsos uos faciet tribunos ⁊ cen
turiones. qm̄ conuraſtis omnes
adūsum me. et nō est qui renūciet.
maxime cum et filius mūs fedus
uinxerit cū filio ysai. Non ē qui
uicem meā doleat ex uobis. nec q̄
annūciet m̄: eo quod suscitauerit
filius mūs seruū meū adūsum me.
insidiantē michi usq; hodie. Respō
dens aūt doech ydumeus qui assis
tebat. et erat primus inter seruos
saul: uidi inquit filium ysai. in
nobe apud achimelech filiū achi
tob. Qui consuluit pro eo dn̄m: et
cibaria dedit ei. Sed et gladiū go
liath philistei: dedit illi. Misit g̃
rex ad accersiendū achimelech filiū
achitob sacerdotem: et omnem do
mū patris eius. sacerdotum qui
erant in nobe. Qui uniūsi uenerūt
ad regem. Et ait saul. Audi fili a
chitob. Qui respondit. Presto sū
dn̄e. Dixitq; ad eum saul. Quare
conuraſtis adūsum me. tu et filii
ysai. et dedisti ei panem ⁊ gladiū.
et consuluisti pro eo dn̄m. ut con
surgeret adūsum me. insidiator. ut
q̄ hodie ꝑmanens. Respondensq;
achimelech regi: ait. Et quis in om
nib; seruis tuis sicut dauid fidelis.
et gener regis. et ꝓgens ad imperā
tuum. et gloriosus in domo tua:
ut hodie cepi consulere ꝑ eo dn̄m.
Absit hoc a me. Ne suspicetur rex
adūsum seruū suū rem huiuscemo
di: in uniūsa domo patris mei. Nō
enī sciuit seruus tuus quicq̄m sup
hoc negocio: uel modicū uel grande.
Dixitq; rex. Morte morieris achi
melech: tu et omnis domus patris
tui. Et ait rex emissarys: qui cir
cumstabant eū. Conūrimini: ⁊ in
terficite sacerdotes dn̄i. Nam man⁹
eor̄ cum dauid est: scientes qđ fu
gisset. et nō indicauerunt m̄. Noluerunt aūt serui regis extendere
manū suam: in sacerdotes dn̄i. Et
ait rex ad doech. Conūrere tu: et ir
rue in sacerdotes. Conūsusq; doech
ydumeus irruit in sacerdotes: et
trucidauit in die illa octogīta q̄nq;
uiros. uestitos ephod lineo. Nobe
aūt ciuitatem sacerdotū percussit in
ore gladij. uiros et mulieres. par
uulos et lactentes. bouemq; et asi
nū et ouem. in ore gladij. Euadens
aūt unus filius achimelech filij a
chitob cui nomen erat abiathar. fu
git ad dauid: et annūciauit ei qđ
occidisset saul sacerdotes dn̄i. Et ait
dauid ad abiathar. Sciebam in
die illa quod cum ibi esset doech
ydumeus: q̄ doubdubio annuntia
ret sauli. Ego sum reus oīum ani

may patris tui. Mane mecū: ne ti
meas. Siquis quesierit aīam meā.
queret et aīam tuam: mecūq; ser
uabēris. XXIII
Et annūciauerunt dauid: dicē
tes. Ecce philistiim obpugnant cei
lam: et diripiunt areas. Cōsuluit
igitur dauid dñm: dicens. Nūm
uadam. et percuciam philistēos istos.
Et ait dñs ad dauid. Vade: percute
philistēos: et saluabis ceilam. Et di
xerunt uiri qui erant cū dauid: ad
eū. Ecce nos hic in iudea consistētes
timemus; quanto magis si ierimꝰ
in ceilam adūsus agmina philisti
noꝝ? Rursum ḡ dauid consuluit
dñm. Qui respondens ait. Surge:
uade in ceilam: ego enī tradam phi
listēos in manu tua. Abiit dauid et
uiri eius in ceilam: et pugnauit ad
uersum philistēos. et abegit iumenta eoꝝ;
et percussit eos plaga magna: et sal
uauit dauid habitatores ceile. Porro
eo tempe quo fugiebat abiathar fi
lius achimelech ad dauid in ceilā:
ephod secū habens descenderat. Nū
tiatum ē aūt sauli: qđ uenisset da
uid in ceilam. Et ait saul. Tradidit
eum dñs in manus meas. Conclu
sus q; est introgressus urbē: in qua
portē et sere sunt. Et pcepit saul oī
pl̄o. ut ad pugnā descenderet ī cei
lam: et obsideret dauid et uiros eī.
Qđ cum resciisset dauid quia ꝑpa
raret ei saul dam malū: dixit ad
abiathar sacerdotē. Applica ephod.
Et ait dauid. Dñe đs isrl. audiuit
famā seruus tuus qđ disponat saul
uenire ad ceilam: ut eūtat ppt̄ me
urbem. Si tradent me uiri ceile in
manū eius. et si descendet saul. sic
audiuit seruus tuus? Dñe đs isrl:
indica seruo tuo. Et ait dñs. Descē
det. Dixitq; dauid. Si tradent me
uiri ceile et uiros qui sunt mecum.
in manu sauli? Et dixit dñs. Tra
dent. Surrexit ḡ dauid et uiri eius
quasi sexcenti: et egressi de ceila. huc
atq; illuc uagabantur incerti. Nū
ciatumq; est sauli: qđ fugisset da
uid de ceila. Quā obrem: dissimu
lauit exire. Morabatur aūt dauid
in deserto in locis firmissimis:
montiq; in monte solitudinis ziph.
Querebat tamē eum saul cunctis
diebꝰ: et nō tradidit eū đs in manꝰ
eius. Et uidit dauid qđ egressus esꝰ
sauli: et quereret aīam eius. Porro
dauid erat in deserto ziph: in sil
ua. Et surrexit ionathas filius
sauli. et abiit ad dauid in siluā: et
confortauit manus eī in deo. Di
xitq; ei. Ne timeas. Nequ enī inue
niet te manus sauli patris mei. Et
tu regnabis super isrl: et ego ero tibi
secūs. Sed et saul pater meus: scit
hoc. Percussit itaq; uterq; fedus:
coram dño. Mansitq; dauid ī silua:
ionathas aūt reuersus est in domū
suam. Ascenderunt aūt ziphei ad
saul in gabaā: dicentes. Nonne
dauid latitat apud nos in locis tu
tissimis silue. in colle achile. que ē
ad dexterā deserti? Nunc ḡ sicut
desiderauit anima tua ut descen
deres descende: nr̄m aūt erit ut

I Re

trādamus eū in manū regis. Dixq; saul. Benedicti uos a dño: quia doluistis uicem meā. Abite ergo ⁊ diligentius ꝑparate. et curiosius agite; et considerate locum ubi sit pes eius: uel quis uiderit eū ibi. Recogitat enim de me: quod callide insidier mi. Considerate et uidete omnia latibula eī: in quibz absconditur: et reūrimini ad me ad rem certam. ut uadā uobiscū. Qd' si etiā in terrā se abstruxerit: ꝑsecutabor eum in cunctis milibz iudā. At illi surgentes: abierunt in zyph ante saul. Dauid autē et uiri eius erant in deserto maon in campestribz: ad dextram iesimuth. Iuit ergo saul et socii eius: ad querendū eū. Et nunciatum ē dauid. Statimq; descendit ad petram: et uersabatur in deserto maon. Qd' cum audisset saul: ꝑsecutus est dauid in deserto maon. Et ibat saul et uiri eius ad latus mōtis ex parte una: dauid aūt et uiri eius erant in latere montis ex parte altera. Porro dauid desperabat: se posse euadere a facie saul. Iraq; saul et uiri eius in modum corone cingebant dauid et uiros eius: ut caperent eos. Et nuncius uenit ad saul: dicens. Festina et ueni: qm̄ inf̄uderunt se philistiim sup terram. Reūlus est ergo saul desistens ꝑsequi dauid: et pr̄exit in occursum philistinoz. Propt̄ hoc uocauerunt locum illum: petrā diuidentem. XXIIII

Ascendit q̄ dauid inde: et habitauit in locis tutissimis engaddi. Cumq; reūsus esset saul postq̄ ꝑsecutus ē philistēos: nunciauerūt ei dicentes. Ecce dauid in deserto est engaddi. Assumens q̄ saul tria milia electoz uiroz ex omni isr̄l. pr̄exit ad inuestigandū dauid et uiros eius: etiam sup abruptissimas petras que soles hibicibz pr̄ue sunt. Et uenit ad caulas ouium: que se offerebant uianti. Eratq; ibi spelunca: quā ingressus ē saul ut purgaret uentrem. Porro dauid et uiri eius: in interiore parte spelunce latebant. Et dixer̄ serui dauid ad eum. Ecce dies: de q̄ locutus ē dñs ad te. Ego tradam tibi inimicū tuū: ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo dauid: et p̄cidit oram clamidis saul silenter. Postq̄ hec p̄cidit cor suū dauid: eo qd̄ abscidisset oram clamidis saul. Dixit q; ad uiros suos. Propicius sit mi dñs. ne faciam hanc rem dño meo xp̄o dñi. ut mittam manū meam in eum: quia xp̄c dñi est. Et cōfregit dauid uiros suos sermonibz: et nō p̄misit eos ut consurgerent in saul. Porro saul exurgens de spelunca: pgebat cepto itinē. Surrexit aūt et dauid post eum. Et egressus de spelunca. clamauit p̄ tergum saul: dicens. Dñe mi rex. Et respexit saul post se. Et inclinans se dauid p̄nus in terrā adorauit. Dixitq; ad saul. Quare au

dis ūba hominū loquentiū. da
uid querit malū aduersum te.
Ecce hodie uiderunt oculi tui qđ
tradiderit te dñs in manu mea ī
spelunca. Et cogitaui ut occidere
te: sed pepercit tibi oculus meus.
Dixi enim. Non extendā manū
meam in dñm meū: quia xp̄e do
mini est. Quin potius pater mi.
uide et cognosce oram clamidis
tue in manu mea; qm cū pscin
derem sūmitatem clamidis tue:
nolui extendere manū meam in
te. Animaduerte et uide. qm non
est in manu mea malū neq;
iniquitas: neq; peccaui ī te. Tu
aūt insidiaris anime mee: ut au
feras eam. Judicet dñs inter me
et te. et ulciscatur dñs me ex te. ꝛ.
Manus aūt mea nō sit in te. Sic
et in puerbio antiquo dicitur. Ab
impijs egredietur impietas. Ma
nus ergō mea nō sit in te. Quem
psequeris rex isrl. quem psequeris.
Canem mortuū psequeris: et pu
licem unū. Sit dñs iudex. et iudi
cet inter me et te: et uideat et iu
dicet causam meam. et eruat de
manu tua. Cū aūt complesset da
uid loquens sermones huicemodi
ad saul: dixit saul. Numquid uox
hec tua est fili mi dauid. Et leua
ut uocem suam saul: et fleuit. Di
xitq; ad dauid. Justior tu es q̄ ego.
Tu enim tribuisti mi bona: ego au
tem reddidi tibi mala. Et tu indi
casti hodie que feceris michi bona:
quomodo tradiderit me dñs ī ma
nu tua. et nō occideris me. Quis
enim cū inuenerit inimicū suū.
dimitteret eū in ua bona. Sed dñs
reddat tibi ueritatē hanc: p
eo qđ opatus es hodie in me. Et
nunc quia scio qđ certissime regna
turus sis. et habiturus in manu
tua regnum isrl: ura mi in dño
ne deleas semen meum post me.
neq; auferas nom̄ meū de domo
patris mei. Et iurauit dauid saū
li. Abiit ergo saul in domū suam:
et dauid et uiri eius ascenderunt
ad tuciora loca. XXV

Mortuus ē aūt samuel. Et cō
gregatus est uniūsus isrl.
et planxerunt eū: et sepelierunt
eum in domo sua ī ramatha. Con
surgens q; dauid: descendit in de
sertum pharan. Erat autem uir
quispiā in solitudine maon: et
possessio eius in carmelo. Et ho
mo ille magnus nimis: eratq;
ei oues tria milia. et mille capre.
Et accidit: ut tonderetur grex ei⁹
in carmelo. Nom̄ aūt uiri illius
erat nabal: et nom̄ uxoris ei⁹ abi
gail. Eratq; illa mulier pruden
tissima: et speciosa. Porro uir ei⁹
durus: et pessimus et malitiosus.
Erat aūt de genere caleb. Cum q;
audisset dauid in deserto qđ ton
deret nabal gregem suum; misit
decem iuuenes: et dixit eis. Ascen
dite in carmelū; et ueneritis ad
nabal. et salutabitis eum ex nōie
meo pacifice. et sic dicetis. Sit fri
bus meis et tibi pax. et domui tue

I Re

pax: et omnib; quecumq; habes sit pax. Audiui qd tonderet pastores tui gregem: qui erant nobiscū in deserto. Cumqm eis molesti fuimus; nec aliquando defuit eis q̃quam de grege: omni tempe quo fuerunt nobiscū in carmelo. Interroga pueros tuos: et indicabunt tibi. Inuenant pueri tui grām in oculis tuis. In die enī bona uenimus. Quocumq; inuenerit manus tua: da seruis tuis. et filio tuo dauid. Cūq; uenissēt pueri dauid: locuti sunt ad nabal oīa uerba hec et nōīe dauid: et siluerunt. Respondens aūt nabal pueris dauid: ait. Quis ē dauid: et q̃s est filius ysai? Hodie increuerūt serui: qui fugiunt dnōs suos. Tollam ergo panes meos et aq̃s meas. et carnes pecorum que occidi tonsorib; meis. et dabo uiris quos nescio unde sint? Regressi sūt retrorsū pueri dauid p uiam suā: et reuersi uenerunt. et annūciauerūt ei oīa uerba que dixerat. Tunc ait dauid pueris suis. Accingatur uniquisq; gladio suo. Et accincti sunt singuli gladys suis: accinctus q; est et dauid ense suo. Et secuti sunt dauid: quasi quadringenti uiri. Porro ducenti: remanserūt ad sarcinas. Abigail aūt uxori nabal. nunciauit unus de pueris: dicens. Ecce misit dauid nuncios de deserto. ut bñdicerent dño nr̄o: et aūsatus ē eos. Homines isti boni satis fuerunt nobis et nō molesti: nec quicq̃m aliquando perijt. oīb; tempe quo fuimus conuersati cū eis in deserto. Pro muro erant nobis tam in nocte q̃m in die: oīb; diebus quib; pāsum apud eos greges. Quā obrem considera. et reconsidera quid facias: q̃m completa ē malicia adūsum utrum tuū. et adūsum domū tuam. Et ipse filius est belial: ita ut nemo possit ei loqui. Festinauit igitur abigail. et tulit ducentos panes. et duos utres uini. et q̃nq; arietes coctos. et quinq; sata polente. et centum ligaturas uue passe. et ducentas massas caricarū: et imposuit sup asinos. Dixitq; pueris suis. Precedite me: ecce ego post tergū sequar uos. Viro aūt suo nabal nō indicauit. Cum q; ascendisset asinū. et descenderet ad radicem montis: dauid et uiri eius descendebant in occursum eius. Quib; et illa occurrit. Et ait dauid. Vere frustra seruaui omnia que huius erant in deserto; et nichil periit quicq̃ de cunctis que ad eū pertinebant: et reddidit mi malum pro bono. Hec faciat dns inimicis dauid et hec addat: si reliquero de oīb; que ad eum pertinent usq; mane. mingentē ad parietē. Cum aūt audisset abigail dauid: festinauit et descendit de asino. et cecidit cora dauid sup faciem suam: et adorauit sup terram. et credidit ad pedes eius: et dixit. In me sit dñe mi hec iniquitas. Loquatur obsecro ancilla tua

in auribz tuis: et audi uba famule tue. Ignoret obsecro dñs meus rex cor suū ip̄ uirum suū istū impiū quū nabal quia secm nom̄ suum stultus ē. et est stultitia ei cum eo. Ego aūt ancilla tua nō uidi pueros tuos dñe mi: quos misisti. Nūc ergo dñe m. uiuit dñs et uiuit aīa tua. qui phibuit te ne uenires in sanguinem: et saluauit manū tuā tibi. Et nunc fiant sicut nabal inimici tui: et qui querunt dño meo malū. Quapter suscipe benedictionem hanc quā attulit ancilla tua tibi dño meo: et da pueris q̄ sequuntur te dñm meū. Auferī iniquitatem humile tue. faciens enī faciet dñs tibi dño meo fidelem domū: quia plia dñi. dñe mi tu pliaris. Malicia ergo nō inuenietur in te: omnib; diebz uite tue. Si enī surrexerit aliquando homo psequens te et querens aīam tuam: erit anima dñi mei custodita quasi in fasciculo uiuentiū apud dñm dm tuū. Uoro inimicoz tuoz aīa rotabitur quasi in impetu et circulo funde. Cum ergo fecerit dominus tibi dño meo omnia hec q̄ locutus ē bona e te. et constituerit te ducem sup̄ isr̄l: non erit tibi hoc in singultū. et uscrupulum cordis dño meo. qd̄ effuderit sanguinem innoxiū. aut ipse ultus suis. Et cum ipse bñfecerit dñs dño meo: recordaberis ancille tue. Et ait dauid ad abigail. Bñdictus dñs deus isr̄l. qui misit te hodiu occurrū meū: et benedictū eloquiū tuū: et benedicta tu que phibuisti me hodie ne irem ad sanguinē. et ulciscerer me manu mea. Alioquin uiuit dñs d's isr̄l' qui phibuit me ne malum facerem tibi: nisi cito uenisses in occursum mi: nō remansisset nabal usq̄ ad matutinā lucem. mingens ad parietem. Suscepit ergo dauid de manu eius: que attulerat ei. Dixitq̄ ei. Vade in pace: in domū tuam. Ecce audiui uocem tuam: et honoraui faciē tuam. Venit aūt abigail ad nabal. Et ecce erat ei conuiuiū in domo eius quasi conuiuiū regis: et cor nabal iocundū. Erat enim ebrius nimis. Et nō indicauit ei uerbū pusillum aut grande. usq̄ mane. Diluculo aūt cum digessisset uinū nabal: indicauit ei uxor sua uerba hec. et emortuū est cor eius intrinsetus: et factus ē quasi lapis. Cumq̄ ptransissent decē dies: percussit dñs nabal. et mortuus est. Quod cū audisset dauid mortuū nabal: ait. Bñdictus dñs qui iudicauit causam obprobrij mei de manu nabal. et seruū suū custodiuit a malo: et malicia nabal reddidit dñs in caput ei. Misit ergo dauid. et locutus ē ad abigail: ut sumeret eam sibi in uxorem. Et uenerunt pueri dauid ad abigail in carmelum: et locuti sūt ad eam. dicentes. Dauid misit nos ad te: ut accipiat te in uxorem sibi. Que surgēs adorauit pna

in tram: et ait. Ecce famula tua
sit in ancillā: ut lauet pedes ser-
uor dñi mei. Et festinauit et sur-
rexit abigail. et ascendit sup asi-
nū: et quinq; puelle ierunt cū ea
pedisseque eius. Et secuta ē nun-
cios dauid: et facta est illi uxor.
Sed et achinoem accepit dauid
de iezrahel: et fuit utraq; uxor
eius. Saul autē dedit michol fili-
am suam uxorem dauid. falthi
filio lais: qui erat de gallim.

Et uenerunt ziphei XXVI
ad saul in gabaa: dicentes.
Ecce dauid absconditus ē in col-
le achilē: que est ex aduſo solitu-
dinis. Et surrexit saul. et descen-
dit in desertum ziph. et cū eo tria
milia uiror de electis isrl: ut que-
reret dauid in deserto ziph. Et ca-
stra metatus ē saul in gabaa achi-
lē: que erat ex aduſo solitudinis
ante. Dauid aūt habitabat in
deserto. Videns autē qđ uenisset
saul post se in desertum; misit ex-
ploratores: et didicit qđ uenisset
certissime. Et surrexit dauid clā:
et uenit ad locum ubi erat saul.
Cumq; uidisset locum in quo dor-
miebat saul. et abner filius ner
princeps milicie eius; et saulem
dormientē in tentorio. et reliquū
uulgus p circuitum eius: ait da-
uid ad achimelech etheū. & abisai
filiū saruie frēm ioab. dicens. Q̄s
descendet mecū ad saul in castra:
Dixitq; abisai. Ego descendam te-
cum. Venerunt ḡ dauid et abisai
ad pplm nocte; et inuenerūt saul
iacentē et dormientē in tentorio. et
hastam fixam ad caput eius i ter-
ra: abner aūt et pplm dormientes i
circuitu eius. Dixitq; abisai ad da-
uid. Conclusit dñs hodie inimicum
tuū in manus tuas. Nunc ḡ pfo-
diam eū lancea in terra semel: et
secundo opus nō erit. Et dixit da-
uid abisai. Ne interfi as eū. Q̄s
enī extendet manū suam in xpm
dñi. et innocens erit: Et dixit da-
uid. Viuit dñs. quia nisi dñs per-
cusserit eū. aut dies eius uenerit
ut moriatur. aut in pliū descen-
dens perierit: ppicius sit mihi dñs
ne extendā manū meā in xpm
dñi. Nunc ḡ tolle hastam que est
ad caput eius et ciphum aque: et
abeamus. Tulit dauid hastam et
ciphum aque qui erat ad caput
saul: et abierunt. Et erat quis-
quā qui uideret et intelligeret et
euigilaret; sed oēs dormiebant: qa
sopor dñi irruerat sup eos. Cumq;
transisset dauid ex aduerso et ste-
tisset in uertice montis delonge; et
erat grande intuallum inter eos: cla-
mauit dauid ad pplm et ad abner
filiū ner. dicens. Nonne respondes
bis abner: Et respondens abner: ait.
Quis es tu qui clamas. et inquie-
tas regem: Et a dauid ad abner.
Numquid nō uir es: Et quis
alius similis tui in isrl: Quare ḡ
nō custodisti dñm tuū regem: In-
gressus ē enim unus de turba: ut
interficeret regē dñm tuū. Non

est bonum hoc qđ fecisti. Juuit
dñs qm filij mortis estis uos: q
nō custodistis dñm ūrm xpm dñi.
Nunc ergo unde ubi sit hasta regis:
et ubi sit ciphus aque. qui erant
ad caput eius. Cognouit aū saul
uocem dauid: et dixit. Numquid
uox tua hec est fili mi dauid: Et
ait dauid. Vox mea dñe mi rex. Et
ait. Quā ob causam dñs ms psequ
tur seruū suū: Quid feci. aut quod
est in manu mea malum: Nunc q
audi o2o dñe mi rex: ūba seru tui.
Si dñs incitat te adūsum me: odo
retur sacrificiū. Si autem filij ho
minū. maledicti sunt in conspectu
dñi. qui eiecerunt me hodie ut nō
habitem in hereditatē dñi: dicētes.
Vade: serui dijs alienis. Et nunc
nō effundatur sanguis ms in tra
coram dño; quia egressus est rex
isrl ut querat pulicem unū: sicut
psequitur perdix in montibz. Et
ait saul. Peccaui. Reuertere fili
mi dauid. Nequaqm enim ultra
tibi male faciam: eo qđ pciosa
fuerit aīa mea in oculis tuis ho
die. Apparet qđ stulte egerim: et
ignorauerim multa nimis. Et res
pondens dauid: ait. Ecce hasta re
gis: transeat unus de pueris regis
et tollat eam. Dñs aūt retribuet
unicuiq: scđm iusticiam suam et
fidem. Tradidit enī dñs te hodie
in manū meam: et nolui extende
re manū meā in xpm dñi. Et sicut
magnificata ē anima tua hodie ī
oculis meis. sic magnificetur aīa
mea in oculis dñi: et liberet me
de omni angustia. Ait q saul ad
dauid. Benedictus tu fili mi dauid.
Et quidem faciens facies z potēs
poteris. Abijt aūt dauid in uiam
suā: et saul reūsus ē in locū suum.

Et ait dauid in XXVII
corde suo. Aliquando incidā
in uno die in manus saul. Nonne
melius ē ut fugiam. et saluer in
terra philistinoz. ut desperet saul.
cessetq me querere in cunctis fini
bz isrl. Fugiam q manus ei. Et
surrexit dauid: et abijt ipe et sex
centi uiri cum eo. ad achis filium
maoch regem geth. Et habitauit
dauid cū achis in geth. ipe z uiri
eius et domus eius: dauid et due
uxores eius. achinoen iezrahelitis.
et abigail uxor nabal carmeli. Et
nunciatum ē saul qđ fugisset dauid
in geth: et nō addidit ultra querē
eum. Dixit aūt dauid ad achis. Si
inuenī grām in oculis tuis: detur
mi locus in una urbiū regionis
huius. ut habitem ibi. Cur enim
manet seruus tuus in ciuitate re
gis tecū: Dedit itaq: et achis in
die illa siceleg. Propter quā cau
sam: facta est siceleg regū iuda:
usq: in diem hanc. Fuit aūtē nu
merus dierū quibz habitauit da
uid in regione philistinoz: quat
mensiū. Et ascendit dauid et uiri
eius: et agebant pdas de tesluri z
de tethri. et de amalechitis. Hij enī
pagi habitabant in terra antiq
tus: euntibz sur usq: ad terrā egyp

ti. Et pcutiebat dauid omnē terrā:
nec relinquebat uiuentē uirum et
mulierē. Tollensq; oues et boues
et asinos et camelos et uestes: re
uertebatur et uenebat ad achis. Di
cebat aūt ei achis. In quē irruistis
hodie? Respondebat dauid. Cōtra
meridiem iude. et contra meridiē
ieramēl: et contra meridiem cen.
Virum et mulierē nō uiuificabat
dauid. nec adducebat in geth: di
cens. Ne forte loquantur aduersū
nos. Hec fecit dauid. et hoc erat de
cretum illius: cunctis diebus quib;
habitauit in regione philistinoꝝ.
Credidit g achis dauid: dicens.
Multa mala opatus ē: contra po
pulū suū israēl. Erit igitur mihi seruus
sempiternus. XXVIII
Factum ē aūt in diebus illis cō
gregauerunt philistiim agmina
sua: ut pparentur contra israēl ad
bellum. Dixitq; achis ad dauid.
Sciens nunc scito: qm mecū egre
dieris in castris tu et uiri tui. Dix
itq; dauid ad achis. Nunc scies:
que facturus ē seruus tuus. Et ait
achis ad dauid. Et ego custodem
capitis mei ponā te: cunctis diebus.
Samuel aūt mortuus est. Plan
xitq; eum omnis israēl: et sepelierūt
eū in ramatha urbe sua. Et saul
abstulit magos et ariolos de tra.
Congregatiq; sunt philistiim. et
uenerunt: et castra metati sūt in
sunam. Congregauit aūt et saul
uniuersum israēl: et uenit in gelboe.
Et uidit saul castra philistiim et
timuit: et expauit cor eius nimis.
Consuluitq; dnm: et nō respondit
ei neq; p sacerdotes neq; per somp
nia. neq; p prophas. Dixitq; saul
seruis suis. Querite mihi mulierē
habentē pythonē: et uadā ad eam:
et scisciabor p illam. Et dixerūt
serui eius ad eum. Est mulier ha
bens pythonē in endor. Mutauit
ergo habitum suū: uestitusq; est
alys uestimentis. Et abiit ipse et
duo uiri cū eo: uenerunt; ad mu
lierem nocte. Et ait. Diuina mihi
in pythone: et suscita mihi quē
dixero tibi. Et ait mulier ad eū.
Ecce tu nosti quanta fecerit saul:
et quom erāserit magos et ariolos
de terra. Quare g insidiaris aīe
mee ut occidar? Et iurauit ei saul
in dño: dicens. Viuit dns: quia nō
eueniet tibi quicquā mali propē
hanc rem. Dixitq; mulier. Quem
suscitabo tibi? Qui ait. Samuelē
suscita mihi. Cum autē uidisset mu
lier samuelem: exclamauit uoce
magna. et dixit ad saul. Quare im
posuisti mihi? Tu es enī saul. Dixitq;
ei rex. Noli timere. Quid uidisti?
Et ait mulier ad saul. Deos uideo:
ascendentes de terra. Dixitq; ei. Qua
lis ē forma eius? Que ait. Vir se
nex ascendit et ipse amictus ē pal
lio. Et intellexit saul qd samuel
esset: et inclinauit se sup faciē suā
in terra. et adorauit. Dixit aūt sa
muel ad saul. Quare inquietasti
me. ut suscitarer? Et ait saul. Co
arctor nimis. Siquidem philistiim

pugnant adūsum me. ⁊ dñs recessit
a me: et eraudire me noluit neq;
in manu pphāt. neq; per somnia.
Vocaui ergo te: ut ostenderes mi
quid faciam. Et ait samuel. Quid
interrogas me cum dñs recesserit a te.
et transierit ad emulū tuū: Faciet
enim dñs tibi: sicut locutus ē in
manu mea. Et scindet regnū de
manu tua; et dabit illud pximo
tuo dauid: quia nō obedisti uoci dñi.
neq; fecisti iram furoris eius in a
malech. Idcirco qđ̄ pateris fecit tibi
dñs hodie: et dabit dñs etiam isrl'
tecum in manu philistiim. Cras
autē tu et filij tui mecum eritis: ⁊
et castra isrl' tradet dñs in manu
philistiim. Statimq; saul cecidit
porrectus in terrā. Extimuerat enī
uerba samuelis; et robur nō erat in
eo: quia nō comederat panē tota die
illa et nocte. Ingressa est itaq; mu
lier ad saul. Conturbatus enī erat
ualde. Dixitq; ad eū. Ecce obediuit
ancilla tua uoci tue; et posui aiam
meā in manu mea: et audiui ser
mones tuos quos locutus es ad me.
Nunc igitur audi et tu uocem an
cille tue; et ponā coram te buccellā
panis: et comedens conualescas. et
possis iter agere. Ad hec renuit: ⁊ ait.
Non comedam. Coegerunt autē eū
serui sui: et mulier. Et tandem au
dita uoce eor. surrexit de terra: et
sedit sup lectum. Mulier autē illa
habebat uitulū pascualem i domo:
et festinauit et occidit eū. Tollens
q; farinā. miscuit eā ⁊ coxit azima:
et posuit ante saul. et ante seruos
eius. Qui cū comedissent surrexe
runt: et ambulauerūt p totā noctem

Congregata XXIX illā.

Siunt ergo agmina philistiim
innūsa in affech: sed et isrl' castra
metatus ē sup fontē qui erat i iez
rael. Et satrape quidem philistiim
incedebant in centuriis et milibz:
dauid aūt et uiri eius erant in no
uissimo agmine cū achis. Dixerūtq;
pncipes philistiim. Quid sibi uolūt
hebrei isti: Et ait achis ad pncipes
philistiim. Nunquid ignoratis dauid
qui fuit seruus saul regis isrl' et ē
apud me multis diebz uel annis.
Et nō inuēni in eo quicquā ex die
qua transfugit ad me: usq; hanc
diem. Irati sunt aūt adūsum eum
pncipes philistiim: et dixerunt ei.
Reūtatur uir et sedeat in loco suo
in quo constituisti eū; et nō descen
dat nobiscū in pliū: ne fiat nob
adūsarius cū prelium ceperimus.
Quomō enī placare aliter poterit
dñm suū. nisi in capitibz nris: Nōne iste est dauid cui canebant i cho
ris dicentes. percussit saul in milibz.
et dauid in decem milibz suis. Vocauit g̃ achis dauid: et ait ei. Vi
uit dñs qua rectus es tu ⁊ bonus
in conspectu meo. et exitus tuus et
introitus tuus mecum ē in castris;
et nō inuēni in te quicquā mali a
die qua uenisti ad me usq; ad hanc
diem: sed satrapis nō places. Reū
tere g̃ et uade in pace: et nō offen
das oculos satrapaꝝ philistiim. Di

xitq; dauid ad achis. Quid enī feci. Et quid inuenisti in me seruo tuo a die qua fui in conspectu tuo usq; in diem hanc. ut nō uenīā et pugnem contra inimicos dñi mei regis. Respondens aūt achis: locutus est ad dauid. Scio quia bonus es tu in oculis meis sicut angl's dei: sz p̄nces philistiim dixerunt. Non ascēdet nobiscū in prelīū. Igitur consurge mane tu: et seruu dñi tui q̄ uenerunt tecum. Et cū de nocte surrexeritis. et cēperit diluc̄escere: pgite. Surrexit itaq; de nocte dauid ipse et uiri eius: ut p̄ficiscerēt mane: et reūterentur ad terrā philistiim. Philistiim aūt: ascenderunt in iezrael. XXX

Cumq; uenissent dauid et uiri eius in siceleg die tercia; amalechite impetum fecerant ex parte australi in siceleg: et pcusserant siceleg. et succenderūt eam igni. Et captiuas duxerant mulieres ex ea a minimo usq; ad magnum; et nō interfecerant quēquā sz secum duxerant: et pgebant in itinere suo. Cum g̃ uenissent dauid ⁊ uiri eius ad ciuitatē. ⁊ inuenissēt eam succensam igni. et uxores suas et filios suos et filias suas ductas ee captiuas: leuauerūt dauid et p̄ls qui erat cū eo uoces suas. et planxerunt donec deficerent in eis lacrime. Siquidē ⁊ due uxores dauid captiue ducte fuerant: achinoen iezrahelitis. et abigail uxor nabal carmeli. Et contristatus ē dauid ualde. Volebat enī eū p̄ls lapidare: q̄a amara erat aīa unuscuiusq; uiri sup filijs suis et filiabz. Confortatus ē aūt dauid in dño deo suo: et ait ad abiathar sacerdotem filium achimelech. Applica ad me ephod. Et applicauit abiathar ad dauid ephod: et consuluit dauid dñm. dicēs. Persequar an nō latrunculos hos. et comprehendā eos. Dixitq; ei dō. Psequere. Absq; dubio enī comprehendes eos: et excuties p̄dam. Abiit ergo dauid ipse et sexcenti uiri qui erant cū eo; et uenerunt usq; ad torrentē besor: et lassi quidam substiterunt. Psecutus ē aūtē dauid: ipse et quadringenti uiri. Substiterant enī ducenti: qui lassi transire nō poterant torrentē besor. Et inuenerunt uirū egyptiū in agro: et adduxerunt eum. ad dauid. Dederūq; ei et panē ut comederet. et biberet aquam: sed et fragmen masse caricay. et duas ligaturas uue passe. Que cū comedisset: reūlus ē sps ei. et refocillatus ē. Non enī comedāt panem. neq; biberat aquam: tribz dieb; et tribz noctib; Dixit ei itaq; dauid. Cuius es tu. uel unde. et q̄ pgis. Qui ait. Puer egyptius ego sum: seruus uiri amalechite. Dereliquit aūt me dñs mūs: quia egrotare cepi nudus tercius. Siquidem nos erupimus ad australem plagā cerethi. et contra iudam. et ad meridiem caleb: et siceleg succendimus igni. Dixitq; ei dauid. Poces me ducere ad cuneū istum. Qui ait.

Jura in dñm qđ non occidas me. et
nō tradas me in manus dñi mei:
et ego ducam te ad aneū istū. Et
urauit ei dauid. Qui cū duxisset eū:
ecce illi discūbebant sup faciem uni
uſe terre comedentes et bibentes. et qđ
festum celebrantes diem p cuncta
pda et spolys. que ceperant de terra
philistym et de tra iudā. Et per-
cussit eos dauid a uespa usq; ad uespe
ram alterius diei: et nō euasit ex eis
quisquā nisi quadringenti uiri ado
lescentes. qui ascenderant camelos et
fugerāt. Eruit q dauid oīa que tule
rant amalechite; et duas uxores su
as eruit: nec defuit quicqm a par
uo usq; ad magnū. tam de filys q
de filiabz. et de spolys. Et quecūq;
rapuerant. oīa reduxit dauid: et
tulit unusquisq; greges et armēta. et
minauit ante faciem suā. Dixerūq;.
Hec ē preda dauid. Venit aūt dauid
ad ducentos uiros qui lassi subsitere
rant. nec sequi potuerant dauid: et
residere eos usserat in torrente besor.
Qui egressi sūt obuiā dauid: et pplō
qui erat cū eo. Accedens aūt dauid
ad pl'm: salutauit eū pacifice. Res
pondensq; oīs uir pessimus et in
quus de uiris qui erant cū dauid:
dixit. Quia nō uenerūt nobiscum: nō
dabimus eis quicqm de pda quā eri
mus. Sz sufficiat unicuiq; uxor sua
et filij: quos cū acceperint recedant.
Dixit aūt dauid. Non sic facietis
fres mei de hys que tradidit dñs
nobis. et custoduit nos. et dedit la
truncalos qui erupant aduersum nos
in manus nras: nec audiet uos qsquā
sup sermone hoc. Equa enī pars erit
descendentis ad preliū. et remanētis
ad sarcinas: et similit diuidēt. Et
fm ē hoc ex die illa et deinceps cō
stitutum et pfinitum et quasi lex
in isrl: usq; in diem hanc. Venit q
dauid in siceleg. Et misit dona de
pda senioribz iuda. pximis suis. dicēs:
accipite benedictionē de pda hostiū
dñi: hys qui erant in bethel. et q
in ramoth ad meridiem. et qui in
iether. et qui in aroer. et qui in se
famoth. et qui in esthama. et qui
in rachal. et qui in urbibz ierameel.
et qui in urbibz cheni. et qui in ara
ma. et qui in lacu asan. et qui in
athac. et qui in hebron. et reliquis
qui erant in hys locis in quibz fue
rat cōmoratus dauid et uiri eius.

XXXI

Philistym aūt pug
nabant aduersum isrl. Et fuge
runt uiri isrl ante faciē philistym:
et ceciderūt interfecti in monte gelboe.
Irruerunt q philistym in saul et in
filios eius: et peremerunt ionathan.
et abinadab. et melchisue filios saul.
Totumq; pondus pli: uersum est
in saul. Et consecuti sunt eū uiri sa
gittarij: et uulneratus ē uehemēter
a sagittarijs. Dixitq; saul ad armi
gerum suū. Evagina gladium tuū
et pcute me: ne forte ueniant incir
cumcisi isti et interficiāt me. illu
dentes mi. Et noluit armiger eius:
fuerat enī nimio timore perterritus.
Arripuit ergo saul gladium suū:
et irruit sup eum. Qđ cū uidisset

armiger eius uidelicet qđ mortu
us ēet saul: uiruit etiam ipe sup
gladium suū. et mortuus est cum
eo. Mortuus ē ergo saul ⁊ tres filij
eius et armiger illius: et unusqs
uirorum eius in die illa pariter. Vi
dentes autem filij isrl' qui erant trāns
uallem et transiordanē. quod fu
gissent uiri isrl'ite. et qđ mortuus
ēet saul et filij eius: reliquerunt
ciuitates suas. et fugerunt. Venē
runtq; philistiim: et habitauerūt
ibi. Facta aūt altera die. uenerūt
philistiim ut exspoliarent inter
fectos: et inuenerunt saul ⁊ tres
filios eius. iacentes in monte gel
boe. Et p̄cederunt caput saul ⁊ ex
spoliauerunt eū armis: et miserūt
in terrā philistinor p̄ circuitum:
ut annunciaretur in templo ydo
lor et in populis. Et posuerunt
arma eius in templo astaroth:
corpus uero eius suspenderūt in
muro bethsan. Quod cū audissent
habitatores iabes galaad quecūq;
fecerant philistiim saul: surrexe
runt omnes uiri fortissimi. et am
bulauerunt tota nocte. et tulerūt
cadauer saul et cadauera filior ei
de muro bethsan. Venerūtq; iabes:
et combusserunt ea ignī. Et tule
runt ossa eorum. et sepelierunt in
nemore iabes: et ieiunauerūt sep
tem diebus. Explicit primus liber
regum. Incipit secundus lib' regū.

actum ē aūt postq̄
mortuus ē saul. ut
dauid reuerteretur a
cede amalech: et
maneret duos dies
in siceleg. In die
autem tertia apparuit homo uen
iens de castris saul: uestē conscissa.
et puluere aspersus caput. Et ut ue
nit ad dauid: cecidit sup faciē suā.
et adorauit. Dixitq; ad eū dauid.
Unde uenis? Qui ait ad eum. De
castris isrl' fugi. Et dixit ad eū da
uid. Quod est ūbum. qđ frēm ē? In
dica mi. Qui ait. Fugit ppl's e plio:
et multi corruerunt ex ppl'o. mortu
sunt. Sz et saul et ionathas filius
eius: interierunt. Dixitq; dauid ad
adolescentē: qui nunciabat ei. Un
de scis quia mortuus ē saul. et io
nathas filius ei? Et ait adolescens:
qui nunciabat ei. Casu uenī in mon
tem gelboe: et saul incūbebat sup
hastam suā. Porro currus et equi
tes: appropinquabāt ei. Et conuer
sus post tergum suū. uidensq; me:
uocauit. Cui cū respondissem assū:
dixit mi. Quis nam es tu? Et ait
ad eū. Amalechites sū. Et locutus
est mi. Sta sup me et interfice me.
qm̄ tenent me anguste: et adhuc
tota anima mea. in me est. Stansq;
sup eum: occidi illum. Sciebā enī:
qđ uiuere nō poterat post ruinā.
Et tuli diadema qđ erat i capite
eius. et armillam de brachio illius:
et attuli ad te dn̄m meū huc. Ap̄
hendens aūt dauid uestimenta sua

scidit. oñs q̄ uiri qui erant cū eo: et
planxerunt. et fleuerūt. et ieiunauerūt
usq; ad uesperam. sup saul & ionathan
filium ei. et sup populū dñi. et sup do
mū isrl: qđ corruissent gladio. Dixit
q; dauid ad iuuenē: qui nunciauerat ei. Unde es tu? Qui respōdit. Fi
lius hominis aduene amalechite: ego
sū. Et ait dauid ad eū. Quare non ti
muisti mittere manū tuā. ut occidēs
xp̄m dñi? Vocansq; dauid unū de
pueris suis: ait. Accedens: irrue in eū.
Qui percussit illum: et mortuus ē. Et
ait ad eū dauid. Sanguis tuus: sup
caput tuū. Os enī tuum locutū est
aduersum te: dicens. Ego interfeci xp̄m
dñi. Planxit aūt dauid planctū hui
cemodi sup saul et sup ionathā filiū
eius: et p̄cepit ut docerent filios iudā
archum sicut scriptum est in libro
iusti. Et ait. Considera isrl p hys
qui mortui sūt: sup excelsa tua uulne
rati. Inclita isrl: super montes tuos
interfecti sūt. Quōm ceciderūt fortes?
Nolite annūciare in geth. neq; an
nuncietis in compitis ascalonis: ne
forte letentur filie philistiim: nē ex
ultent filie incircūcisor. Montes gel
boe. nec ros. nec pluuia ueniat sup
uos. neq; sint agri p̄mitiaꝝ: q̄a ibi
abiectus ē clipeus fortium. clipeus
saul: quasi non esset unctus ōleo. A
sanguine interfector ab adipe fortiū.
Sagitta ionathe nūq̄m reduit re
trorsum: et gladius saul nō est reuer
sus manus. Saul et ionathas ama
biles et decori in uita sua: in morte
quoq; nō sunt diuisi. Aquilis uelo
ciores: leonibus fortiores. Filie isrl
sup saul flete; qui ueste bat uos coc
cino in deliciis: qui p̄bebat ornamē
ta aurea cultui uō. Quōm ceciderunt fortes in p̄lio? Ionathas in ex
celsis tuis occisus ē. Doleo sup te
frat mi ionatha: decore nimis. et
amabilis sup amorem mulier. Sicut mater amat unicū filiū suū:
ita te diligebam. Quōm ceciderūt
robusti. et pierunt arma bellica?

II

Igitur post hec consuluit
dauid dñm: dicens. Num ascendā
in unā de ciuitatibus iuda? Et ait
dñs ad eum. Ascende. Et dixit dauid.
Quo ascendā? Et respondit ei. In
hebron. Ascendit g̃ dauid & due uxo
res eius: achinoem iezrahelitis. et
abigail uxor nabal carmeli. Sed &
uiros qui erant cū eo duxit dauid
singulos cū domo sua: et mansērunt
in oppidis hebron. Veneruntq; uiri
iuda: et unxerunt ibi dauid. ut reg
naret sup domū iuda. Et nūciatū
est dauid: qđ uiri iabes galaad se
pelissent saul. Misit g̃ dauid nūcios
ad uiros iabes galaad: dixitq; ad
eos. Benedicti uos dño. qui fecistis
miam hanc cū dño uro saul: et se
pelistis eū. Et nunc retribuet uob
quidē dñs miam et ueritatē: sed &
ego reddam gram: eo quod fecistis
uerbū istud. Confortentur manus
ure: et estote filij fortitudinis. Licet
enī mortuus sit dñs ur saul: tamē
me unxit domus iuda in regē sibi.
Abner aūt filius ner. p̄ceps exer
citus saul. tulit hisboseth filium

saul. et circūduxit eum p castra: re
gemq; constituit sup galaad et sup
tesluri. et sup iezrahēl. et sup effra
ym. et sup beniamin. ⁊ sup isrl' uni
uersum. Quadraginta annoꝝ erat
hisboseth filius saul cū regnare ce
pisset sup isrl': et duobꝫ annis reg
nauit. Sola autē domus iudā: seq̄
batur dauid. Et fuit numer' dieꝝ
quos cōmoratus ē dauid in pans
in hebron sup domū iuda: septem
annoꝝ. et sex mensiū. Egressusq; ē
abner filius ner. et puī hisboseth
filij saul de castris: in gabaon. Por
ro ioab filius saruie et pueri dauid
egressi sunt: et occurrerūt eis iuxta
piscinā gabaon. Et cū in unū con
uenissent: e regione sederunt. hi
ex una parte piscine. ⁊ illi ex altera.
Dixitq; abner ad ioab. Surgant
pueri: et ludant coram nobis. Et
respondit ioab. Surgant. Surrexe
runt ergo: et transierunt numero
duodecim de beniamin ex parte his
boseth filij saul: et duodecim de pue
ris dauid. Apprehensoq; unusquisq;
capite comparis sui. defixit gladiū
in latus contrarij: et ceciderunt si
mul. Vocatumq; est nom̄ loci illi'
ager robustoꝝ in gabaon. Et ortū
est bellum durum satis: in die illa.
Fugatusq; est abner et uiri isrl' a
pueris dauid. Erant autē ibi tres
filij saruie: ioab. et abisai. ⁊ asahel.
Porro asahel cursor uelocissimus
fuit: quasi unus ex capreis que mo
rantur in siluis. Persequebatur aūt
asahel abner: et nō declinauit neq;
a dextris neq; a sinistris omittens
persequi abner. Respexit itaq; abner
post tergum suū: et ait. Tu ne es
asahel? Qui respondit. Ego sum.
Dixitq; ei abner. Vade ad dexterā
siue ad sinistrā: et apprehende unū
de adolescentibꝫ: et tolle tibi spolia
eius. Noluit aūt asahel omittere:
quin urgeret eū. Rursumq; locut'
est abner ad asahel. Recede. noli
me sequi ne compellar confodere te
in terrā: et leuare ī pectore faciē
meā ad ioab frēm tuū. Qui audi
re contempsit: et noluit declinare.
Percussit g̃ eum abner aūsa hasta
in inguine: et transfodit: et mor
tuus est in eodem loco. Oēsq; qui
transibant p locum ī quo ceciderat
asahel et mortuus erat: substiste
bant. Persequentibꝫ autem ioab et
abisai fugientē abner: sol occubu
it. Et uenerunt usq; ad collem aq̄
ductus: qui est ex aduerso uallis. et
itineris deserti in gabaon. Congre
gatiq; sunt filij beniamin: ad abn'.
Et conglobati in unū cuneū: ste
terunt in sūmitate tumuli unī. Et
exclamauit abner ad ioab: et ait.
Si lum usq; ad internecionem tuus
mucro deseuet? An ignoras qđ pi
culosa sit desperatio? Usq; quo non
dicis pplō ut omittat persequi frēs
suos? Et ait ioab. Viuit dñs. si lo
cutus fuisses mane: recessiss; ppls
persequens frēm suū. Insonuit ergo
ioab buccina: et steterunt omnis exer
citus: nec persecuti sunt ultra isrl'.
neq; inierē certamen. Abner autē

et uiri eī abierunt p campestria to
ta nocte illa. et transierī iordanē:
et lustrata omni bethoron uenerūt
ad castra. Porro ioab reūsus omisso
abner: congregauit omnē plm. Et
defuerunt de pueris dauid. decem
nouem uiri excepto asahele. Seru
aūt dauid peusserunt de beniamin
et de uiris qui erant cū abner trecē
tos sexaginta: qui et mortui sunt.
Tulerunt q asahel: et sepelierūt eū
in sepulchro patris sui in bethleem.
Et ambulauerī tota nocte. ioab et
uiri qui erant cū eo: et in ipo crepus
culo pueneruit in hebron.

Facta est g longa contentio in
ter domū dauid. et inr domū
saul. Dauid pficiens. et semper se
ipo robustior: domus aūt saul de
crescens cotidie. Hati q sunt filij
dauid in hebron. Fuit pmogenitus
eius amnon de achinoen tezrahe
lite: et post eum eleab de abigail
uxore nabal carmeli. Porro tertius
absalon filius maacha: filie cholo
mai regis gessur. Quartus aūt ado
nias filius aggith. Et qntus safa
tias filº abital. Sextus quoq ietht
raam: de egla uxore dauid. Hy na
ti sunt dauid: in hebron. Cum ergo
esset plium inr domū saul et domū
dauid: abner filius ner regebat do
mū saul. Fuerat aūt saul concubi
na nōie respha: filia achā. Dixitq
hisboseth ad abner. Quare ingressus
es ad concubinā patris mei? Qui
iratus nimis pter uba hisboseth:
ait. Numqd caput canis ego sum
aduersum iudam hodie. qui fecerim
miam sup domū saulis patris tui.
et sup frēs et pximos eius. et nō tra
didi te in manu dauid. et tu requisisti
in me qd' argueres p muliere hodie?
Hec faciat ds abner et hec addat ei;
nisi quom iurauit dns dauid sic
faciam cū eo: ut transferatur regnū
de domo saul. et eleuetur thronus
dauid sup isr' et sup iudam. a dan
usq bersabee. Et ñ potuit respondē
ei quicq̄m: quia metuebat illū. Mi
sit ergo abner nuncios ad dauid: p
se dicentes. Cuius ē terra? Et ut lo
querentur. Fac mecū amicitias; et
erit manus mea tecū: et reducā ad
te uniuersum isr'. Qui ait. Optime
ego faciā tecū amicitias. Sed unā
rem peto a te: dicens. Non uidebis
faciem meā anteq̄m adduxeris in
michol filiam saul: et sic uenies et
uidebis me. Misit aūt dauid nūcios
ad hisboseth filiū saul: dicēs. Redde
uxorem meā michol: quā desponde
ri mihi centū pputijs philistiim. Misit g
hisboseth: et tulit eam a uiro suo.
phaltiel filio lais. Sequebaturq eā
uir suus plorans: usq̄ ad bahurim.
Et dixit ad eū abner. Vade: et reuer
tere. Qui reūsus ē. Sermonē quoq
uirtutis abner ad seniores isr': dicēs.
Tam heri q̄m nudius tertius que
rebatis dauid: ut regnaret super
uos. Nunc g facite: q̄m dns locutus
ē ad dauid. dicens. In manu serui
mei dauid saluabo plm meū isr':
de manu philistinoy et oīum inimi
coy eius. Locutus ē aūt abner

etiam ad beniamin. Et abijt ut lo
queretur ad dauid in hebron: oīa q̄
placuerant isrl' et uniuſo beniamin.
Uenitq; ad dauid in hebron cū u
ginti uiris. Et fecit dauid abner et
uiris eī qui erant cū eo conuiuium.
Et dixit abner ad dauid. Surgā ut
congregem ad te dñm meū regem
omnē isrl' et ineam tecū fedus: et
impes oīb; ſicut deſiderat āīa tua.
Cum g̃ deduxiſſet dauid abner. et
ille iſſet in pace: ſtatim pūi dauid
et ioab uenerūt celis latronib; cum
p̃da magna nimis. Abner autē nō
erat cū dauid in hebron: q̃a iam
dimiſerat eū. et pſpēſus fuerat in
pace. Et ioab et oīs exercitus qui
erāt cum eo: poſtea uenerūt. Nuncia
tum ē itaq; ioab a narrantib; Ve
nit abner filius ner ad regem. et di
miſit eū: et abijt in pace. Et ingreſ
ſus ē ioab ad regem: et ait. Quid fe
iſti? Ecce uenit abner ad te. Quare
dimiſiſti eū. et abijt et receſſit? Ig
noras abner filiū ner q̄m ad hoc ue
nit ut deciper̄ te. ut ſcīret exitū tuū
et introitum tuū. et noſſet oīa que
agis? Egreſſus itaq; ioab a dauid.
miſit nuncios poſt abner: et reduxit
eum a ciſterna ſyra. ignorante da
uid. Cumq; rediſſet abner ī hebron:
ſeorſum abduxit eū ioab ad mediū
portē. ut loqueretur ei in dolo. Et
pauſſit illum ibi in inguine: et mor
tuus ē: in ultionē ſanguinis aſael
frīs eius. Qđ cū audiſſet dauid ia
rem geſtam: ait. Mundus ego ſū
et regnū meū apud dñm uſq; in
ſempiternū a ſanguine abner filij ner:
et ueniat ſup caput ioab. et ſuper
omnē domū patris eius. Nec deſci
at de domo ioab fluxum ſeminis
ſuſtinens. et lepſus: tenens fuſū.
et cadens gladio. et indigens pane.
Igitur ioab et abiſai frater eius in
terfecerunt abner: eo qđ occidiſſet
aſahel frēm eor̄ in gabaon in plio.
Dixit aūt dauid ad ioab: et ad om
nem plm̄ qui erat cū eo. Scindite
ueſtimenta uīa; et accingimini ſac
cis: et plangite ante exequias abn̄.
Porro rex dauid ſequebatur feretrū.
Cumq; ſepeliſſent abner in hebron:
leuauit rex dauid uocem ſuā. et fle
uit ſup tumulū abner. Fleuit aūt
et omnis ppl's. Planxitq; rex ab
ner: ait. Nequaq̄m ut mori ſolent
ignaui: mortuus es abner. Manꝰ
tue nō ſunt ligate; et pedes tui nō
ſunt compedib; aggrauati: ſed ſic
ſolent cadere coram filijs iniquita
tis. corruiſti. Congemuitq; oīs
ppl's: fleuit ſup eum. Cūq; ueniſſet
uniuſa multitudo cibū capere cū
dauid. clara adhuc die: iurauit da
uid. dicens. Hec faciat mi dns. et hec
addat: ſi ante occaſum ſolis guſta
uero panē uel aliud quicq̄m. Om
nisq; ppl's audiuit: et placuerunt
eis cuncta que fecit rex in conſpectu
totius ppli. Et cognouit oīe uulg̃
et uniuſus iſrl' in die illa: q̄m nō
actum fuiſſet a rege ut occideretur
abner filius ner. Dixit quoq; rex ad
ſeruos ſuos. Num ignoratis. q̄m
princeps et maxim̄ cecidit hodie ī iſrl'?

Ego aũt delicatus adhuc et unct̃
rex. Porro isti uiri filij sarue: du
ri mihi sunt. Retribuat dñs fac
ienti malum: uxta malitiam suã.
Audiuit aũt filius III
saul. qd̃ cecidisset abner i he
bron: et dissolute sunt manus ei⁹.
omnisq; isrl' p̃turbatus ẽ. Duo
aũt uiri principes latronũ erant
cum filio saul. nomen uni bãana.
et nom̃ alteri rechãb: filij rẽmon
berothite. de filijs beniamin. Siq̃
dem et beroth: reputata est in be
niamin. Et fugerunt berothite i
gerhaim: fuerunt̃q; ibi aduene us
q; ad illud tempus. Erat aũt io
nathe filio saul: filius debilis pe
dib;. Quinquennis enim fuit: q̃n̄do
uenit nuncius de saul et ionatha
ex iezrahel. Tollens itaq; eum nu
trix sua: fugit. Cumq; festinaret
ut fugeret: cecidit. et claudus effec
tus est. Habuit̃q; uocabulum. mu
phiboseth. Vadentes igitur filij rẽ
mon berothite. rechab. et bãana. in
gressi sunt feruenti die domũ hys
boseth: qui dormiebat sup stratũ
suũ meridie. Et ostiaria dom⁹ pur
gans triticũ: obdormiuit. Ingressi
sunt aũt domũ latenter. assumentes
Dixerunt aūt filii pphaȝ: ad helyseum. Ecce locus in quo habitamus coram te: angustus ē nobis. Eamus usq; ad iordanē. et tollant singuli de silua materias singulas: ut edificemus nobis ibi locum ad habitandū. Qui dixit. Ite. Et ait unus ex illis. Uenī q̄ et tu: cum seruis tuis. Respondit. Ego ueniā. Et abyit cū eis. Cumq; uenissent ad iordanē: cedebant ligna. Accidit aūt ut cū unus materiam succidisset: caderet ferrū securis in aquā. Exclamauitq; ille: et ait. Heu. heu. heu. dñe mi: et hoc ipm mutuo accepam. Dixit aūt homo dei. Ubi cecidit? At ille mōstrauit illi locum. Precidit ergo lignū: et misit illuc. Natauitq; ferrum. Et ait. Tolle. Qui extendit manū: et tulit illud. Rex aūt syrie: pugnabat contra israhel. Consiliūq; iniit cū seruis suis: dicens. In illo loco et illo: ponamus insidias. Misit itaq; uir dei ad regē israhel: dicens. Caue ne transeas in locum illū: quia ibi syri in insidijs sunt. Misit itaq; rex israhel ad locum quem dixerat ei uir dei. et precauit eū: et obseruauit se ibi non semel neq; bis. Conturbatusq; est cor regis syrie: pro hac re. Et conuocatis seruis suis: ait. Quare nō indicatis mihi quis proditor meus sit apud regem israhel? Dixitq; unus seruorum eius. Nequaquā dñe mi rex. Sed helyseus pphēta qui ē in israhel: indicat regi israhel omnia uerba que locutus fueris in conclauī tuo. Dixitq; eis. Ite et uidete ubi sit: et mittam. et capiā eum. Annunciauerūtq; ei: dicentes. Ecce in dothaim. Misit g̊ illuc equos et currus: et robur exercitus. Qui cū uenissent nocte: circumdederūt ciuitatem. Consurgens aūt diluculo minister uiri dei. egressus ē: uiditq; exercitum in circuitu ciuitatis. et equos et currus. Nunciauitq; et dicens. Heu. heu. heu. dñe mi. quid faciem? At ille respondit. Noli timere. Plures enī nobiscum sunt: qm̄ cū illis. Cumq; oraſſet helyseus: ait. Dñe. aperi oculos huius: ut uideat. Et aperuit dñs oculos pueri: et uidit. Et ecce mons plenus equorum et curruū igneorum: in circuitu helisei. Hostes uero descenderūt ad eum. Porro helyseus oraūit ad dñm: dicens. Precare obsecro gentē hanc: cecitate. Percussitq; eos dñs ne uiderēt: iuxta uerbum helysei. Dixit autē ad eos helyseus. Non hec est uia: nec ista ē ciuitas. Sequimini me: et ostendā uobis uirum quē queritis. Duxitq; eos in samariā. Cumq; ingressi fuissent in samariā: dixit helyseus. Dñe. aperi oculos istorum: ut uideant. Aperuitq; dñs oculos illorum: et uiderūt se esse in medio samarie. Dixitq; rex

ſtil' ad helyſeum: cū uidiſſz eos. Nū quid peream eos pat mi? At ille ait. Non peries. Neq; enī cepiſti eos gladio et arcu tuo: ut peremas. Sz pone panem et aquā coram eis. ut comedant et bibant: et uadant ad dñm ſuū. Appoſitaq; ē eis cibor magna ꝑparatio: et comederunt et biberunt. Et dimiſit eos: abieruntq; ad dñm ſuū. Et ultra nō uenerunt latrones ſyrie: in tram iſrl. Frem ē aūt poſt hec. congregauit benadab rex ſyrie uniūſum exercitū ſuū: et aſcendit et obſidebat ſamariā. Factaq; eſt fames magna: in ſamaria. Et tam diu obſeſſa ē donec uenūdaretur caput aſini octogenta argenteis: et quarta pars kabi ſtercoris columbay quinq; argenteis. Cūq; rex iſrl' tranſiret p murū: mulier quedā exclamauit ad eum dicens. Salua me dñe mi rex. Qui ait. Nō te ſaluet dñs. Unde ſaluare te poſſum? De area an de torculari? Dixitq; ad eam rex. Quid tibi uis? Que reſpondit. Mulier iſta dixit m̄. Da filiū tuū ut comedamus eū hodie: et filiū meū comedem cras. Coximus g̃ filiū meū: et comedimus. Dixiq; ei die altera. Da filiū tuū: ut comedamus eū. Que abſcondit filiū ſuū. Quod cū audiſſz rex: ſcidit ueſtimenta ſua. Et tranſibat p murum: uiditq; oīs pl's cilicium quo ueſtitus erat ad carnē intrinſecus. Et ait rex. Hec faciat m̄ dñs et hec addat: ſi ſteterit caput helyſei filij ſaphat ſup ipm hodie. Helyſeus aūt ſedebat in domo ſua: et ſenes ſedebant cū eo. Premiſit uiraq; uirū. Et anteq̄m ueniret nuncius: ille dixit ad ſenes. Numq̄d ſcitis q̄d miſerit filius homicide huc. ut p̄cidatur caput meū? Uidete g̃. cum uenit nuntius claudite oſtium: et nō ſinatis eū introire. Ecce enī ſonitus pedum dñi eius: poſt eum ē. Et adhuc illo loquente cū eis: apparuit nūcius qui ueniebat ad eum. Et ait. Ecce tantum malū a dño eſt: quid ampliꝰ expectabo a dño?

VII

Dixit aūt helyſeus. Audite uerbū dñi. Hec dicit dñs. In tempe hac cras. modius ſimile uno ſtatere erit. et duo modij ordei ſtatere uno: in porta ſamarie. Reſpondens unus de ducib; ſup cuius manū rex incumbebat: homini dei: dixit. Si dñs fecerit etiā cataractas in celo: numq̄d poterit ē qd̄ loqueris? Qui ait. Videbis oculis tuis: et inde nō comedes. Quatuor g̃ uiri erant lepſi iuxta introitū porte: qui dixerunt ad inuicem. Quid hic ē uolumus. donec moriamur? Siue ingredi uoluerimus ciuitatē. fame morientur: ſiue mā ſerimus hic. moriendū nobis eſt. Venite igitur: et tranſfugiam ad caſtra ſyrie. Si pepercerint nobis: uiuemus. Si aūt nos occidere uoluerint: nichominus morientur. Surrexerunt g̃ ueſpe: ut uenirent ad caſtra ſyrie. Cumq; uenſſent ad p̄incipiū caſtroꝝ ſyrie: nullū ibidem reppererunt. Siq̄dem dñs ſonitū audiri fecerat in caſtris ſyrie: currūū et equoꝝ. et exer

ctus plurimū. Dixerūq; ad inuicē. Ecce
mercede conduxit aduersum nos rex
isrl reges echeor et egiptior: et uene
runt sup nos. Surrexerunt g: et fu
gerunt in tenebris. Et dereliquerūt
tentoria sua: et equos et asinos ī cas
tris. Fugerunt q: aīas suas tantū
saluare cupientes. Igitur cū uenissēt
lepsi illi ad p̄mapū castroꝝ. ingressi
sunt unū tabnaculū: et comederūt et
biberunt. Tulerunt q; inde argentū
et aurū et uestes. et abierunt: et ab
sconderūt. Et rursū reūsi sunt ad alu
ud tabnaculū: et inde simiľ auferentes. absconderūt. Dixerunt q; ad
inuicē. Non recte facim⁹. Hec enim
dies: boni nunci est. Si tacuerim⁹.
et noluerimus nūciare usq; mane.
sceleris arguemur. Venite eamus: ⁊
nunciemus in aula regis. Cūq; ue
nissent ad portam ciuitatis: narra
uerūt eis. dicentes. Iuim⁹ ad castra sy
rie. ⁊ nullū ibidem reperimus hoīem:
nisi equos et asinos alligatos. ⁊ tenta
ria. Iacent g; portarij: et nūciaue
runt in palacio regis intrinsecus.
Qui surrexit nocte: et ait ad seruos
suos. Dico uobis: quid fecerint syri
nobis. Sciunt quia fame laboram⁹.
Idcirco egressi sunt de castris. et latu
rant in agris: dicentes. Cū egressi
fuerint de ciuitate. capiemus eos uiuos: et ciuitatē ingredi poterim⁹.
Respondit aūt unus seruoꝝ ei. Tol
lamus q̄nq; equos qui remanserunt
in urbe: quia ipsi tantū sunt ī omni
sua multitudine isrl. alij enim con
sumpti sunt: et mittentes explorare
poterim⁹. Adduxerunt g; duos equos:
militq; rex in castra syroꝝ. dicēs. Ite.
et uidete. Qui abierunt post eos: usq; ad iordanē. Ecce aūt omnis uia
plena erat uestib; et uasis: que pe
cerant syri cum turbarētur. Reuersiq;
nuncij: indicauerūt regi. Et egressus
pplūs: diripuit castra syrie. Factusq;
est modius simile statere uno. ⁊ duo
modij ordei statere uno: iuxta uer
bum dñi. Porro. rex ducem illū in
cuius manu incubuerat: constituit
ad portam. Quē conculcauit turba
in introitu et mortuus ē: iuxta q̄ d̄
locutus fuat uir dei. quando descen
derat rex ad eum. Fēnq; est iuxta
sermonē uiri dei quē dixerat regi.
quando ait. duo modij ordei statere
uno erunt et modius simile statere
re uno hoc eodem tempe eras ī por
ta samarie. quando respondat dux
ille uiro dei. et dixerat. etiā si dñs
fecerit catharactas in celo. numq̄d
fieri potest q̄ loqueris. et dixit. ui
debis oculis tuis. et inde nō comedes.
Cuenit g; ei sicut p̄dictum fuerat:
et conculcauit eum pplūs in porta:
et mortuus est. VIII

Heliseus aūt locutus ē ad mulie
rem cuius uiuere fecerat filiū: di
cens. Surge. uade tu et domus tua:
et pegrinare ubicūq; repereris. Vo
cabit enim dñs famē: et ueniet sup
ram. septē annis. Que surrexit: et
fecit iuxta uerbum hoīs dei. Et uadēs
cum domo sua pegrinata ē in terra
philistiim: diebus multis. Cumq; fi
nisset annos septē: reuersa ē mu

lier de tra philisthym. Et egressa est:
ut interpellaret regem p domo sua. et
agris suis. Rex aut loquebatur cū
giezi puero uiri dei: dicens. Narra
mi omnia magnalia: que fecit helyseus. Cumq; ille narraret regi quom
modo mortuū suscitasset: apparuit mulier
cui uiuificauerat filiū. clamans ad
regem p domo sua et pro agris suis.
Dixitq; giezi. Dñe mi rex. hec ē mu
lier: et hic ē filius eius. quē suscita
uit heliseus. Et interrogauit rex mulierem. Que narrauit ei. Dedit q; ei
rex eunuchū unū: dicens. Restitue
ei oīa que sua sunt. et uniuersos red
ditus agroꝝ: a die qua reliquit terrā
usq; ad p̄sens. Venit quoq; heliseus
damascum: et benadab rex syrie egro
tabat. Nunciauerunt q; ei: dicentes.
Venit uir dei huc. Et ait rex ad aza
hel. Tolle tecum munera; et uade i
occursum uiri dei: et consule p eum
dñm. dicens. Si euadere potero de
infirmitate mea hac. Iuit igitur a
zahel in occursū eius: habens secum
munera et oīa bona damasci. onera
quadraginta camelorꝝ. Cūq; steterit
coram eo: ait. Filius tuus benadab
rex syrie misit me ad te: dicens. Si
sanari potero de infirmitate mea hac.
Dixitq; heliseus. Vade. dic ei. Sanaberis. Porro ostendit mi dñs: quia
morte morietur. Stetitq; cum eo: et
conturbatus ē usq; ad suffusionem
uultus. Fleuitq; uir dei. Cui aza
hel ait. Quare dñs mis flet. At ille
respondit. Quia scio: que fraudes sis
filys isrl. mala. Munitates eoꝝ mu
nitas igne succendes: et iuuenes eoꝝ
interficies gladio. Et parulos eoꝝ elides: et pregnantes diuides. Dixitq; a
zahel. Quid enī sum seruus tuus ca
nis. ut faciam rem istā magnā. Et
ait heliseus. Ostendit mi dñs: te regē
syrie fore. Qui cū recessisset ab heliseo:
uenit ad dñm suū. Et ait ei. Quid
dixit tibi helyseus. At ille respondit.
Dixit mi. Recipies sanitatē. Cumq;
uenisset dies altera. tulit stragulū.
et infudit aqua: et expandit super
faciem eius. Quo mortuo: regnauit
azahel p eo. Anno quinto ioram filij achāb regis isrl: regnauit ioram
filius iosaphat regis iuda. Triginta
duoꝝ annoꝝ erat cū regnare cepisset:
et octo annis regnauit in hierlm.
Ambulauitq; in uijs regum isrl: sicut ambulauerat dom achāb. Filia
enī achāb: erat uxor eius. Et fecit
qd malum ē in conspectu dñi. Noluit
aut dñs disperdere iudam: pp̄ dauid
seruū suum: sicut promiserat ei ut da
ret illi lucernā et filijs eius. cunctis
diebus. In diebus eius recessit edom ne
eēt sub iuda: et constituit sibi regē.
Venitq; ioram seyra: et oīs curruus
cum eo. Et surrexit nocte: percussitq;
idumeos qui eū circumdederant. et
principes curruū: pplis aut fugit in ta
bernacula sua. Recessit q̄ edom ne eēt
sub iuda: usq; ad diem hanc. Tunc
recessit et lobna: in tempe illo. Reli
qua aut sermonū ioram et uniuersa
que fecit; nonne hec scripta sunt i
libro uerboꝝ dieꝝ regum iuda. Et dor
miuit ioram cū patribus suis: sepul

tusq; est cum eis in cuuitate dauid. Et regnauit ochozias filius eius: pro eo. Anno duodecimo ioram filij achab regis isrl: regnauit ochozias filius ioram regis iude. Triginti duox annox erat ochozias cū regnare cepisset: et uno anno regnauit in ihrlm. Nomen matris eius athalia: filia amri regis isrl. Et ambulauit in uijs domus achab: et fecit qđ malum ē coram dño sicut domus achab. Gener enī domus achab fuit. Abijt quoq; cū ioram filio achab. ad pliandum contra azahel regem syrie in ramoth galaad: et uulnerauerunt syri ioram. Qui reuersus ē ut curaretur in iezrahel: qa uulnerauerāt eum syri in ramoth p̄liantē contra azahel regē syrie. Porro ochozias filius ioram rex iuda descendit inuisere ioram filiū achab in iezrahel: qui egrotabat.

IX

Helyseus autē pphetes uocauit unū de filijs prophax: et ait illi. Accinge lumbos tuos. et tolle lenticulam olei hanc in manu tua: et uade in ramoth galaad. Cumq; ueneris illuc: uidebis hieu filiū iosaphat filij namsi. Et ingressus suscitabis eum de medio frūm suox: et introduces in interius cubiculum. Tenensq; lenticulā olei fundes super caput eius: et dices. Hec dicit dñs. Unxi te regem sup isrl. Aperiesq; ostium et fugies: et non ibi subsistes. Abijt g adolescens puer pphē in ramoth galaad: et ingressus ē illuc. Ecce autē principes exercitus sedebant. Et ait. Verbū mihi ad te: o princeps. Dixitq; hieu. Ad quē ex omnibz nobis. At ille dixit. Ad te. o princeps. Et surrexit: et ingressus ē cubiculū. At ille fudit oleum sup caput eius: et ait. Hec dicit dñs ds isrl. Unxi te regem super pplm dñi isrl: et pcuties domū achab dñi tui. ut ulciscar sanguinē seruox meox pphax. et sanguinē omnū seruox dñi. de manu iezabel. Perdamq; omnē domū achab: et interficiā de achab mingentē ad parietē. et clausum et nouissimū in isrl. Et dabo domū achab sicut domū ieroboam filij nabath: et sicut domum baasa filij ahia. Iezabel quoq; comedent canes in agro iezrahel: nec erit qui sepeliat eam. Aperuitq; ostiū: et fugit. Hieu autē egressus ē ad seruos dñi sui. Et dixerunt. Recte ne sunt oīa? Quid uenit insanus iste ad te? Qui ait eis. Nostis hoiem: et quid locutus sit. At illi responderunt. Falsum ē. ymo magis narra nobis. Qui ait eis. Hec et hec locutus ē mihi: et ait. Hec dicit dñs. Unxi te regem sup isrl. Festinauerūt itaq; et unusquisq; tollens pallium suum posuerunt sub pedibz eius in simulitudine tribunalis: et cecinerūt tuba. atq; dixerunt. Regnabit hieu. Conuratus g hieu filius iosaphat filij namsi contra ioram. Porro ioram obsederat ramoth galaad ipē et oīs isrl. contra azahel regem syrie; et reuersus fuerat ut curaretur in iezrahel pp̄ uulnera: quia percusserant eū syri. prelianē contra azahel regem syrie. Dixitq; hieu. Si placet uobis: nemo egrediatur. pfugus de ciuitate: ne

uadat et nunciet in iezrahel. Et ascendit: et ꝓfectus ē in iezrahel. Joram eñ egrotabat ibi: et ochozias rex iuda descenderat ad uisitandū joram. Igitur speculator qui stabat super turrem iezrahel. uidit globum jehu uenientis: et ait. Video ego globum. Dixitq; joram. Tolle currum. & mitte in occursum eox: et dicat uadens. Recte ne sunt omnia. Abijt igitur qui ascenderat currū in occursū ei: et ait. Hec dicit rex. Pacata sunt oīa. Dixitq; ei jehu. Quid tibi et pacī. Transi: et sequere me. Nunciauit quoq; speculator: dicēs. Venit nūcius usq; ad eos: et nō reūrtitur. Misit etiam currum equox secūm; uenitq; ad eos: et ait. Hec dicit rex. Numq̄d pax ē. Et ait jehu. Quid tibi & pacī. Transi: et sequere me. Nunciauit aūt speculator: dicens. Venit usq; ad eos: et nō reūrtitur. Est aūt incessus quasi incessus jehu filij namsi: precceps enī graditur. Et ait joram. Jungite currum. Junxeruntq; currū ei. Et egressus est joram rex isrl. et ochozias rex iuda: singuli ī curribz suis. Egressiq; sunt in occursum jehu: et inuenerūt eum in agro naboth iezrahelite. Cumq; uidisset joram jehu: dixit. Pax ē jehu. At ille respondit. Que pax. Adhuc fornicationes iezabel matris tue. et uenefica eius multa: iugent. Conuertit aūt joram manum suā: et fugiens ait ad ochoziam. Insidie ochozia. Porro jehu retendit arcū manu; et pausit joram inō scapulas: et egressa est sagitta p cor eius. Stratusq; cor ruit in curru suo. Et ait jehu: ad badacer ducem. Tolle. pice eum: in agro naboth iezrahelite. Memini enī qñ do ego et tu sedentes in curru sequebamur achab patrem hui: qd̄ dñs onus hoc eleuauerit sup eum dicens. Si nō p sanguine naboth et p sanguine filioz eius quē uidi heri. ait dñs: reddam tibi in agro isto dicit dñs. Hunc igitur tolle et pice eum in agrum: iuxta ūbum dñi. Ochozias aūt uidens hoc: fugit p uiam domus. Persecutusq; ē eum jehu: et ait. Etiam hunc percute: in curru suo. Et percusserunt eū in ascensu gaber: que est iuxta ieblaam. Qui fugit ī mageddō: et mortuus ē ibi. Et imposuerunt eū serui eius sup currū suū. et tulerunt ihrlm: sepelieruntq; in sepulchro cū patribz suis ī ciuitate dauid. Anno undecimo joram filij achab regis isrl: regnauit ochozias sup iudā. Venitq; jehu: in iezrahel. Porro iezabel introitu eius audito. depinxit oculos suos stibio: et ornauit caput suū. Et respexit per fenestram ingredientē jehu p portā: et ait. Numq̄d pax ee potest zamri qui interfecit dñm suū. Leuauitq; jehu faciem suam ad fenestram: et ait. Que ē ista. Et inclinauerūt se ad eum: duo uel tres eunuchi. Ait ille dixit eis. Precipitate eam deorsū. Et p̄cipitauerūt eam. Aspersusq; ē sanguine paries. et equox ungule: qui conculcauerūt eam. Cumq; introgressus eet. et comederet et beberet: ait.

re et uidere maledictam illam. et se
pelite eam: quia filia regis est. Cūq;
issent ut sepelirent eā: nō inuenerūt
nisi caluariam et pedes. et summas
manus. Reuersiq; nunciauerūt ei. Et
ait hieu. Sermo dñi est: quē locutus
ē p seruū suū helyam thesbiten. dicēs.
In agro iezrahél: comedent canes ie
zabél. Et erunt carnes iezabél. sicut
stercus sup facié terre in agro ie
rahél: ita ut nō possint dicere. Hec
ē ne est illa iezabél.

X

Erant aūt achab septuaginta
filij: in samaria. Scripsit g̃ hieu lit
teras: et misit in samariā ad opti
mates ciuitatis et ad maiores natu
et ad nutricios achab: dicēs. Statim
ut acceperitis litteras has. qui habetis
filios dñi uri et currus et equos ⁊ ci
uitates firmas et arma. eligite me
liorem et eū qui uobis placuerit de
filijs dñi uri. et eū ponite sup soliū
patris sui: et pugnate p domo dñi
uri. Timueruntq; illi uehemēter: et
dixerunt. Ecce duo reges nō potuerūt
stare coram eo: et quomō nos ualebi
mus resistere ei? Miserunt g̃ q̃ positi
domus et pfecti ciuitatis ⁊ maiores
natu et nutricij. ad hieu: dicentes.
Serui tui sumus. Quecūq; iusseris
faciemus: nec constituemus regem.
Quodcumq; tibi placet. fac. Rescrip
sit aūt eis litteras secō: dicēs. Si mei
estis et obeditis mihi: tollite capita fili
orū dñi uri: et uenite ad me hac eā
dem hora cras. in iezrahél. Porro filij
regis septuaginta uiri: apud opti
mates ciuitatis nutriebantur. Cūq;
uenissent littere ad eos: tulerūt filios
regis: et occiderunt septuagīta uiros.
Et posuerunt capita eorū i cophinis:
et miserūt ad eum in iezrahel. Venit
aūt nuncius: et indicauit ei dicens.
Attulerunt capita filiorū regis. Qui
respondit. Ponite ea ad duos aceruos
iuxta introitū portę: usq; mane. Cūq;
diluxisset. egressus ē: et stans dixit
ad omnē populū. Justi estis. Si ego
conspiraui contra dñm meū et occi
di eum: quis percussit omnes hos? Videte
g̃ nunc quid non ceciderit de sermonib;
dñi in terra quos locutus ē dñs super
domū achab: et dñs fecit qđ locutus
ē in manu serui sui helie. Percussit ig̃
hieu omnes qui reliqui erant de domo
achab in iezrahél. et uniuersos optima
tes eius et notos et sacerdotes: donec
nō remaneret ex eo reliquie. Et surrexit:
et uenit in samariā. Cūq; uenisset
ad cameram pastorū: in uia inuenit
fres ochozie regis iude. Dixitq; ad eos.
Quinam estis uos? At illi responde
runt. Fres ochozie sumus: et descendi
mus ad salutandū filios regis. et filio
os regine. Qui ait. Comprehendite eos
uiuos. Quos cū comprehendissent ui
uos: iugulauerunt eos in cysterna
iuxta cameram. quadraginta duos ui
ros: et nō reliquit ex eis quēquam.
Cumq; abisset inde. inuenit iona
dab filiū rechab in occursum sibi: et
benedixit ei. Et ait ad eum. Rectumq;
est cor tuum rectum. sicut cor meum est
cū corde tuo? Et ait ionadab. Est.
Si est inquit: da manū tuā. Quo
dedit ei manū suam. Ille leuauit

eum ad se: in curruꝫ. Dixitꝙ ad eū. Veni mecū: et vide zelum meū pro dño. Et imposituꝫ in curru suo: duxit in samariā. Et peruſſit oēs qui reſi qui fuerant de achab ī samaria uſqꝙ ad unū: iuxta ūbum dñi qđ locutus eſt p heliam. Congregauit q̄ ihu omnē pplm: et dixit ad eos. Achab co luit baal parum: ego aūt amplius colam eū. Nunc q̄ oēs pphas baal et uniuſos ſeruos eius et cunctos ſa cerdotes ipius: uocate ad me. Nullꝰ ſit: qui nō uenīat. Sacrificium enī grande eſt mī. baal. Quicūqꝫ defuīt: nō uiuet. Porro ihu faciebat hoc in ſidioſe: ut p̄deret cultores baal. Et dixit. Sāctificate diem ſollempnē baal. Vocauitꝙ et miſit in uniuſos tim nos iſrl: et uenerūt cuncti ſeru baal. Non fuit reliduus ne unus quidem: qui nō uenīret. Et ingreſſi ſē templū baal. Et repleta ē domus baal: a ſū mo uſqꝙ ad ſummū. Dixitꝙ hys: qui p̄erant ſup ueſtes. Proferte veſ timenta ſeruis baal. uniuſis. Et p tulerunt eis ueſtes. Ingreſſuſqꝫ ihu et ionadab filius rechab in templū baal: aīt cultoribꝫ baal. Pquirite et uidete. ne quis forte uobiſcū ſit de ſeruis dñi: ſꝫ ut ſint ſoli ſeru baal. Ingreſſiqꝫ ſunt igitur: ut facerent uictimas et holocauſta. Ihu aūt p̄parauerat ſibi foris octoginta u ros: et dixerat eis. Quicūqꝫ fugerit de omnibꝫ hys quos ego adduxero in manus urās: anima eius erit p anima illi. Ferīs ē aūt cum comple tum eēt holocauſtū: precepit ihu militibꝫ et ducibꝫ ſuis. Ingredimi ni: et p̄cutite eos. Nullus euadat. P cuſſerunt ergo eos in ore gladu et p̄ie cerunt: milites et duces. Et ierunt in cuitatem templi baal: et p̄tule runt ſtatuam de fano baal. et com buſſerunt et cōminuerunt eā. De ſtruxerunt quoqꝫ edem baal: et fece runt p ea latrinas. uſqꝙ in diem hāc. Deleuit itaqꝫ ihu baal: de iſrl. Ve runtamē ā peccatis ieroboā filij na bath qui peccare fecit iſrl' non receſ ſit: nec dereliquit uitulos aureos q̄ erant in bethel et in dan. Dixit aūt dñs ad ihu. Quia ſtudioſe egiſti qđ rectum erat et placebat ī oculis meis. et oīa que erant in corde meo feciſti contra domū achab: filij tui uſqꝙ ad quartā generationē ſedebūt ſup thronū iſrl. Porro ihu nō cuſto diuit ut ambularet in lege dñi dei iſrl: in toto corde ſuo. Non enim re ceſſit a peccatis ieroboam: qui pecca re fecerat iſrl. In diebꝫ illis: cepit dō tedere ſup iſrl. Paſſuſqꝫ eos azahel in uniuſis finibꝫ iſrl: a iordane cōt orientē plagam. omnē terrā gala ad. et gad. et ruben. et manaſſe. ab a roer que ē ſup torrentē arnon. et ga laad et baſan. Reliqua aūt uerboꝝ ihu et uniuſa que fecit et fortitudo eius: nonne hec ſcripta ſunt ī libro ūboꝝ dieꝝ regum iſrl. Et dormiuit ihu cū patribꝫ ſuis: ſepelieruntqꝫ eū in ſamaria. Et regnauit iohacaz filius eius: p eo. Dies aūt quibꝫ reg nauit ihu ſup iſrl: uiginti octo an ni ſunt in ſamaria. XI

Athalia uō mater ochozie uidens
filium suū mortuū: surrexit ⁊
interfecit omne semē regium. Tollens
aūt ioseba filia regis ioram soror o
chozie ioas filiū ochozie furata ē eū
de medio filiorū regis qui mactabant.
et nutricem eius. de cubiculo: et ab
scondit eū a facie athalie ut nō mr̄
ficeret. Eratq; cum ea i domo dn̄i
clam: sex annis. Porro athalia regnauit sup terrā. Anno aūt septimo
misit ioiada. et assumens centuriones
et milites. introduxit ad se i templū
dn̄i: pepigitq; cū eis fedus. Et adiurans eos in domo dn̄i: ostendit eis filium regis. Et p̄cepit illis: dicēs. Iste
ē sermo: quem facere debetis. Tertia
pars uř introeat sabbato: et obseruet excubias domus regis. Tertia aūt
pars sit ad portam seir. et tertia pars
ad portam que est post habitaculum
scutariorū: et custodietis excubias domus messā. Due uō partes ex uobis
oēs egredientes sabbato. custodient
excubias domus dn̄i circa regem: et
uallabitis eum. habentes arma in
manibus uīis. Siquis aūt ingressus
fuerit septum templi: interficiatur.
Eritisq; cum rege: introeuntē ⁊ egrediente. Et fecerunt centuriones: iuxta omnia que p̄cepat eis ioiada sacerdos. Et assumentes singuli uiros suos qui ingrediebāt sabbatū cum
his qui egrediebantur e sabbo: uenerunt ad ioiadam sacerdotē. Qui
dedit eis hastas et arma regis dauid:
que erant in domo dn̄i. Et steterūt
singuli habentes arma i manu sua.
a parte templi dextra usq; ad partem
sinistram altaris et edis: circū regē.
Produxitq; filiū regis: et posuit sup
eum dyadema. et testimoniū. Fecerunt q; eū regem: et unxerunt. Et
plaudentes manu: dixerūt. Viuat
rex. Audiuit aūt athalia: uocē pl̄i
currentis. Et ingressa ad turbas in
templū dn̄i. uidit regem stantē sup
tribunal iuxta morem. et cantores et
turbas. prer eum. omnēq; pl̄m terre
lerantem. et cantantē tubis. Et scidit
uestimēta sua: clamauitq; Cōiuratio:
coniuratio. Precepit aūt ioiada cēturionibus qui erant sup exercitū: ⁊ ait
eis. Educite eam: extra conseptа templi. Et quicūq; eam secutus fuerit:
feriatur gladio. Dixerat enī sacerdos.
Non occidatur in templo dn̄i. Imposuerunt q; ei manus: et impegerunt
eā p uiam introitus equoꝝ iuxta palatium: et interfecta ē ibi. Pepigit q;
ioiada fedus inr̄ dn̄m et regem; ⁊ inr̄
pl̄m ut ēet pl̄s dn̄i: et inter regem ⁊
populū. Ingressusq; est omnis popl̄s
terre templū baal: et destruxerūt aras
eius. et ymagines contriuerunt ualide. Mathan quoq; sacerdotē baal:
occiderunt coram altari. Et posuit
sacerdos custodias: in domo dn̄i.
Tulitq; centuriones et cerethi. ⁊ phereth legiones. et omnē pl̄m terre:
deduxeruntq; regē de domo dn̄i. Et
uenerunt p uiam porte scutariorū i
palatiū: et sedit sup thronū regum.
Letatusq; est omnis pl̄s terre: et ci
uitas conquieuit. Athalia autē occisa ē gladio: in domo regis. Septēq;

annor erat ioas: cū regnare cepisset.

Anno septimo Jheu: XII
regnauit ioas. Quadraginta
annis regnauit in ihrlm. Nom̄ ma
tris eius sebia: de bersabee. Fecitq;
ioas rectum coram dño cunctis dieb⁹
quib⁹ docuit eū ioiada sacdos: uerū
tamen excelsa nō abstulit. Adhuc
pl̄s immolabat: et adolebat incē
sum in excelsis. Dixitq; ioas ad sa
cerdotes. Omnē pecuniā sc̄oz que
illata fuerit in templū dñi a p̄tere
untib⁹: que offertur p precio aīe. et
quā sponte et arbitrio cordis sui i
ferunt in templū dñi; accipiant
illam sacdotes secm ordinem suū:
et instaurent sarrataecta dom̄. siqd
necessariū uiderint instauratione.
Igitur usq; ad uicesimū tertium
annū regis ioas: nō instauraueř
sacdotes sarrataecta templi. Voca
uitq; rex ioas ioiadam pontificē &
sacerdotes: dicens eis. Quare sar
rataecta nō instauratis tēpli: Jo
lite g̃ accipe pecuniā amplⁱ uxta
ordinē uīm: sed ad instaurationē
templi reddite eam. Prohibuitq; sē
sacdotes ultra accipe pecuniam a
pl̄o: et instaurare sarrataecta dom̄.
Et tulit ioiada pontifex gazophi
latium. apuitq; foramē desup: et po
suit illud uxta altare. ad dexterā
ingredientiū domū dñi. Mittebāt
q; in eo sacerdotes qui custodiebant
ostia. omnē pecuniam: que defere
batur ad templū dñi. Cumq; uide
rent nimiā pecuniam ēe in gazo
phylacio; ascendebat scriba regis
et pontifex. effundebāt q; et nume
rabant pecuniā que inueniebatur
in domo dñi: et dabant eā uxta nu
merū atq; mēsuram. in manu eoz q̄
p̄erant cēntarys domus dñi. Qui
impendebāt eam in fabris lignoz et
in cēntarys. hys qui opabantur in
domo dñi et sarrataecta faciebāt. & in
hys qui cedebant saxa: et ut emerēt
ligna et lapides qui excidebantur.
ita ut impleretur instauratio dom⁹
dñi in omnib⁹ que indigebāt expen
sa ad munienda domū. Verūtamē
n̄ fiebant ex eadem pecunia ydrie tē
pli dñi. et fuscinule. et thuribula. et
tube. omne uas aureū et argenteū:
de pecunia que inferebatur i templū
dñi. Hys enim qui faciebant op⁹ da
batur: ut instauraretur templū dñi.
Et n̄ fiebat ratio hys hominib⁹ qui
accipiebāt pecuniā. ut distribuerēt
eam artificib⁹: sed in fide tractabāt
eā. Pecuniā uō p delicto et pecuniā
p peccatis. nō inferebant i templū
dñi: quia sacerdotum erat. Tunc
ascendit azahel rex syrie. et pugna
bat contra geth. Cepitq; eam. Et di
rexit faciem suā: ut ascenderet in
ihrlm. Quā ob rem tulit rex iudā
ioas omnia scīficata que consecraue
rant iosaphat. et ioram. et ochozias
patres eius. reges iudā. et que ipe ob
tulerat; et unūsum argentū qđ in
ueniri potuit in thesauris templi
dñi. et in palatio regis. misitq; aza
heli regi syrie: et recessit ab ihrlm.
Reliqua aūt sermonū ioas et uni
uersa que fecit; nonne hec scripta

sunt in libro ubor dier regum iudā.
Surrexerunt aūt serui eius. et cōiu
rauerunt inʒ se: percusserunqʒ ioas i
domo mello. in descensu sela. Jozachar
namqʒ filius semath. et iosabad filiꝰ
somer serui eiꝰ. percusserunt eū: et mor
tuus ē. Et sepelierunt eū cū patrib;
suis: in ciuitate dauid. Regnauitqʒ
amasias filiꝰ eius: pro eo. XIII
Anno uicesimo tercio ioas filio
achozie regis iude. regnauit io
achaz filius hieu. sup israel in samaria
decem et septem annis: et fecit malū
coram dño. Secutusqʒ est peccata ie
roboam filij nabath. qui peccare fecit
israel: et nō declinauit ab eis. Iratusqʒ
est furor dñi contra israel: et tradidit
eos in manu azahel regis syrie. et in
manu benadath filij azahel cunctis
diebʒ. Deprecatus ē aūt ioachaz faciē
dñi: et audiuit eū dñs. Vidit enim
angustias israel: qua attriuerat eos
rex syrie. Et dedit dñs saluatorem
israel: et liberatus ē de manu regis syrie.
Habitauerunqʒ filij israel in tabna
culis suis: sicut heri et nudius tertius.
Verumtamen nō recesserunt a peccatis
domus ieroboam qui peccare fecit
israel: in ipis ambulauerūt. Sed quidē
et lucus permansit in samaria. Et non
sunt derelicti ioachaz de pplo: nisi
quinquaginta equites. et decē currus.
et decem milia peditū. Interfecerat
enī eos rex syrie: et redegerat quasi
puluerē in triturā aree. Reliqua aūt
sermonū ioachaz et uniuersa que fe
cit. fortitudo eius: nonne hec
scripta sunt in libro sermonū dierū
regum israel? Dormiuitqʒ ioachaz cū
patribʒ suis: et sepelierunt eū in sa
maria. Regnauitqʒ ioas filius eius: pro eo.
Anno tricesimo septimo ioas regis iu
da. regnauit ioas filius ioachaz sup
israel in samaria. sedecim annis: et fecit
qđ malum ē coram dño. nō declinauit
ab omnibʒ peccatis ieroboā filij nabath.
qui peccare fecit israel: in ipis ambula
uit. Reliqua aūt sermonū ioas et uni
uersa que fecit. fortitudo eius qua pu
gnauit contra amasiam regē
iuda. nonne hec scripta sunt in libro
sermonū dierū regum israel? Et dormi
uit ioas: cū patribʒ suis. Jeroboam
aūt: sedit sup solium eius. Porro ioas
sepultus ē in samaria: cū regibʒ israel.
Helyseus aūt egrotabat infirmitate:
qua et mortuus ē. Descenditqʒ ad
eum ioas rex israel: et flebat coram eo.
Dicebatqʒ. Pater mi. pater mi: currus
israel. et auriga eius. Et ait illi helyseus.
Affer arcum. et sagittas. Cumqʒ at
tulisset ad eū arcum et sagittas: dixit
ad regem israel. Pone manū tuā sup
arcum. Et cū posuisset ille manū su
am: supposuit helyseus manus suas
manibʒ regis: et ait. Aperi fenestrā
orientalē. Cumqʒ apulisset: dixit
helyseus. Jace sagittam. Et iecit.
Et ait helyseus. Sagitta salutis dñi.
et sagitta salutis contra syriam. Per
cuties quoqʒ syriam in afech: donec cō
sumas eam. Et ait. Tolle sagittas.
Qui cū tulisset: rursum dixit ei. Per
cute taculo terrā. Et cū percussisset
tribʒ uicibʒ et stetisset: iratus ē con
tra eum uir dei: et ait. Si percussisses

quinquies aut sexies siue septies: percussisses syriam usq; ad consumationē. Nunc aūt: tribꝫ uicibꝫ percuties eam. Mortuus ē igitur helisēus: et sepelierunt eū. Latrunculi quoq; de moab uenerunt in terrā: in ipō anno. Quidam aūt sepelientes hominē uiderunt latrunculos: et proiecerunt cadauer in sepulchro helisei. Qđ cum tetigisset ossa helysei. reuixit homo: et stetit supra pedes suos. Igitur azahel rex syrie afflixit israēl: cunctis diebꝫ ioachaz. Et miserꝫ ē dñs eoꝝ; et reuīsus est ad eos ꝓpter pactum suū qđ habebat cum abrahā ysaac et iacob: et noluit disperdere eos neq; proicere penitus. usq; in ꝑsens tempus. Mortuus ē aūt azahel rex syrie: et regnauit benadath filius eius ꝓ eo. Porro ioas filius ioachaz. tulit urbes de manu benadath filij azahelis: quas tulerat de manu ioachaz patris sui. ture ꝑ ly. Tribꝫ uicibꝫ percussit eū ioas: et reddidit ciuitates israēl. XIIII

In anno secūdo ioas filij ioachaz regis israēl: regnauit amasias filius ioas. regis iudā. Viginti quinq; annoꝝ erat cū regnare cepisset. uixit aūt et nouē annis regnauit in ihrlm. Nomē matris eius ioaden: de ihrlm. Et fecit rectum coram dño: uerūtamen nō ut dauid pater eius. Iuxta oīa que fecit ioas pater suus fecit: nisi hoc tantum qđ excelsa nō abstulit. Adhuc enī immolabat ꝑsōs: et adolebat incensū in excelsis. Cumq; obtinuisset regnū: percussit seruos suos qui interfecerant regē patrem suū. Filios aūt eoꝝ qui occiderant nō occidit: iuxta qđ scriptum ē in libro legis moysi. sicut ꝓcepit dñs. dicens. Non morientur patres ꝓ filijs; neq; filij ꝓ patribꝫ: sed unusquisq; in peccato suo morietur. Ipse percussit edom in uallē salinaꝝ decem milia: et apprehendit petram in ꝓlio. Vocauitq; nomē eius iecthel: usq; in ꝑsentē diem. Tunc misit amasias nuncios ad ioas filiū ioachaz filij ihu regis israēl: dicens. Veni: et uideamus. Remisitq; ioas rex israēl ad amasiam regē iudā: dicēs. Carduus lybani misit ad cedrum que est in lybano: dicens. Da filiam tuā filio meo uxorē. Transieruntq; bestie saltus que sunt in lybano: et conculcauerunt carduū. Percutiens inualuisti super edom: et sublеuauit te cor tuū. Contentus esto gla: et sede in domo tua. Quare ꝓuocas malū. ut cadas tu et iuda tecum? Et non acquieuit amasias. Ascenditq; ioas rex israēl: et uiderunt se. ipse et amasias rex iudā. in bethsamés oppido iude. Percussusq; est iudā coram israēl: et fugerunt unusquisq; in tabernacula sua. Amasiam uō regem iudā filiū ioas filij ochozie. cepit ioas rex israēl in bethsames: et adduxit eū in ihrlm. Et interruptit murum ihrlm a porta effraim usq; ad portam anguli: quadringentis cubitis. Tulitq; omne aurum et argētum. et uniuersa uasa que inuenta sunt in domo dñi et in thesauris regis. et obsides: et reuīsus est in samariā. Reliqua aūt uerboꝝ ioas

que fecit. et fortitudo ei' qua pugnauit contra amasiam regē iudā. nōne hec scripta sunt in libro sermonū dierū regum isrl'. Dormiuitq; ioas cū patrib; suis: et sepultus ē in samaria cum regib; isrl'. Et regnauit ieroboam filius eius: p eo. Vixit aūt amasias filius ioas rex iuda postq̄m mortuus ē ioas filius ioachaz regis isrl': xv. annis. Reliqua aūt sermonū amasie; nonne hec scripta sunt in libro sermonū dierū regum iudā. Factaq; ē contra eum coniuratio: in ihrlim. Ip̄e aūt fugit in lachis. Miseruntq; post eum in lachis. et interfecerunt eum ibi: et asportauerunt in equis. Sepultusq; est in ihrlim cū patrib; suis: in ciuitate dauid. Tulit aūt ē uniūsus pl's iude azariam. annos natū sedecim: et constituerūt eum regem: p patre suo amasiā. Ip̄e edificauit ahilam; et restituit eā iude: postq̄m dormiuit rex cū patrib; suis. Anno q̄ndecimo amasie filij ioas regis iudā. regnauit ieroboam filius ioas regis isrl' in samaria. quadragīta et uno anno: et fecit qđ malum ē coram dño. Non recessit ab omnib; peccatis ieroboam filij nabath: qui peccare fecit isrl'. Ip̄se restituit terminos isrl' ab introitu emath usq; mare solitudinis. iuxta sermonem dñi dei isrl'. quē locutus ē p seruū suum ionam filiū amathi. pphām: q̄ erat de geth que est in opher. Vidit enī dñs afflictionē isrl' amarā nimis; et qđ consumpti ēent usq; ad clausos carceres et extremos: et non ēet qui auxiliaretur isrl'. Nec locutus ē dñs ut deleret nomē isrl' de sub celo: sed saluauit eos in manu ieroboā filij ioas. Reliqua aūt sermonū ieroboam. et uniuersa que fecit. et fortitudo eius qua p̄liatus ē. et quom restituit damascum et emath iude in isrl'. nonne hec scripta sunt in libro sermonū dierū regum isrl'. Dormiuitq; ieroboam cum p̄ribus suis: regib; isrl'. Et regnauit zacharias filius eius: pro eo.

XV

Anno uicesimo septimo ieroboam regis isrl' regnauit azarias filius amasie regis iude. Sedecim annor erat cū regnare cepisset: et q̄nquaginta duob; annis regnauit in ihrlim. Nom matris eius tecelia: de ihrlim. Fecitq; qđ erat placitū cora dño: iuxta omnia que fecit amasias pater eius. Verūtam excelsa nō est demolitus. Adhuc pl's sacrificabat. et adolebat incensum: in excellis. Percussit aūt dñs regem: et fuit leprosus usq; in diem mortis sue: et habitabat in domo libera seorsum. Joathām aūt filius regis gubernabat palatiū: et iudicabat pl'm terre. Reliqua aūt sermonū azarie: et uniuersa que fecit: nonne hec scripta sunt in libro uborū dierū regum iudā. Et dormiuit azarias cū p̄ribus suis: sepelieruntq; eū cū maioribus suis. i ciuitate dauid. Et regnauit joathā filius eius: p eo. Anno tricesimo octauo azarie regis iude. regnauit zacharias filius ieroboam sup isrl' in samaria sex mensib;: et fecit

qđ malum ē coram dño. sicut fecerāt patres eius. Non recessit á peccatis ieroboā filij nabath: qui peccare fecit ysrl. Conuraurt aūt contra eū sellum: filius iabés. Percussitq; eum palam & mortuū: regnauitq; p eo. Reliqua aūt uerboꝝ zacharie; nōne hec scripta sunt in libro sermonū dierū regum ysrl? Ipse est sermo dñi quē locutus ē ad hieu: dicens. Filij tui usq; ad quartam generationē: sedebunt de te sup thronū ysrl. Factumq; ē ita. Sellum filius iabés: regnauit tricesimo nono anno azarie regis iude. Regnauit aūt uno mēse: in samaria. Et ascendit manahem filius gaddi de thersá: uenitq; in samariam. Et percussit sellum filiū iabés in samaria. et mortuus eum: regnauitq; p eo. Reliqua aūt uerboꝝ sellum. et coniuratio ei p quam tetendit insidias; nōne hec scripta sunt in libro sermonū dierū regum ysrl? Tunc percussit manahem thapsam. et oēs qui erant in ea: et terminos eius de thersá. Noluerant eū et aperire. Et interfecit omnes pgnantes eius: et scidit eas. Anno tricesimo nono azarie regis iuda regnauit manahem filiꝰ gaddi sup ysrl decem annis in samaria: fecitq; qđ erat malum coram dño. Non recessit á peccatis ieroboā filij nabath: qui peccare fecit ysrl. Cūctis diebꝰ eius uenerat phul rex assyriorum in thersá: et dabat manahem phul mille talenta argēti. ut ēet ei in auxiliū. et firmaret regnū ei. Indixitq; manahem argentū sup ysrl cunctis potentibꝰ et diuitibꝰ: ut daret regi assyriorum quinquaginta siclos argenti p singulos. Reuersusq; est rex assyriorum: et nō est moratus in thersá. Reliqua aūt sermonū manahem et uniuersa que fecit; nonne hec scripta sūt in libro sermonū dierum regum ysrl? Et dormiuit manahem cū patribꝰ suis. Regnauitq; phaceia filiꝰ eius: p eo. Anno quinquagesimo azarie regis iude regnauit phaceia filiꝰ manahem sup ysrl in samariā biennio. Et fecit qđ malū erat: coram dño. Non recessit á peccatis ieroboam filij nabath: qui peccare fecit ysrl. Conuraurt aūt aduersus eum phacee filius romelie dux ei; et percussit eum in samaria in turre domus regie iuxta argob et iuxta ariph. et cum eo quinquaginta uiros de filijs galaaditarum. et interfecit eum: regnauitq; pro eo. Reliqua aūt sermonū phaceia et uniuersa que fecit; nonne hec scripta sunt in libro sermonū dierū regum ysrl? Anno quinquagesimo secūdo azarie regis iude: regnauit phacee filius romelie sup ysrl in samaria uiginti annis & fecit qđ malum erat: coram dño. Et nō recessit á peccatis ieroboam filij nabath: qui peccare fecit ysrl. In diebꝰ phacee regis ysrl uenit theglatphalasar rex assur. et cepit aion et abel domū maachá. et ianoe. et cedes. et asor. et galaad. et galyleā. et uniuersam terrā neptalim: et trāstulit eos in assyrios. Conuraurt

aūt et reteudit insidias oseē filius
ela contra phaceē filiū romelie: et
percussit eum et interfecit. Regnauitq;
p eo: undecimo anno ioathan filij o
zie. Reliqua aūt sermonū phaceē &
uniuersa que fecit: nōne hec scripta
sunt in libro sermonū dierū regum
isrl? Anno secūdo phaceē filij romelie
regis isrl: regnauit ioathan filiꝰ ozie
regis iudā. Viginti quinq; annoꝝ erat
cum regnare cepisset: et sedecim an
nis regnauit in hierlm. Nomē matris
eius ierusa: filia sadoch. Fecitq; qđ
placitum erat: coram dño. Iuxta om
nia que fecerat ozias pater suus o
patus est: uerumtamē excelsa non
abstulit. Adhuc pl̄s immolabat.
et adolebat incensū: in excelsis. Ipe
edificauit portam domus dñi: sub
limissimā. Reliqua aūt sermonū
ioathan. et universa que fecit: nōne
hec scripta sunt in libro ūborꝝ dierū
regum iudā? In diebꝰ illis cepit dñs
mittere in iudam rasin regē syrie: et
phaceē filiū romelie. Et dormiuit
ioathan cū patribꝰ suis: sepultusq;
est in ciuitate dauid patris sui. Et
regnauit achaz filiꝰ eius: p eo

XVI

Anno septimo decimo phaceē
filij romelie: regnauit achaz
filius ioathan regis iudā. Viginti
annoꝝ erat achaz cum regnare ce
pisset: et sedecim annis regnauit in
hierlm. Non fecit qđ erat placitū in
conspectu dñi dei sui sicut dauid pa
ter eius: sꝫ ambulauit in uia regum
isrl? Insup et filiū suū consecrauit.
transferens p ignem secūm ydola
gentiū: que dissipauit dñs coram filijs
isrl? Immolabat quoq; uictimas. et
adolebat incensum: in excelsis et in
collibꝰ. et sub omni ligno frondoso.
Tunc ascendit rasin rex syrie. et pha
ceē filius romelie rex isrl? in hierlm:
ad pugnandum. Cūq; obsideret achaz:
nō ualuerunt superare eum. In tempe
illo restituit rasin rex syrie ailam
syrie: et eiecit iudeos de aila. Et y
dumei et syri uenerunt in ailam:
et habitauerūt ibi usq; in diem hāc.
Misit aūt achaz nuncios. ad teglat
phalasar regem assyrioꝝ: dicens.
Seruus tuus et filius tuus: ego
sum. Ascende et saluū me fac de ma
nu regis syrie et de manu regis isrl?
qui consurrexerunt aduersū me. Et
cum collegisset argentū et aurū qđ
inuenire potuit in domo dñi et in
thesauris regis: misit regi assyrioꝝ
munera. Qui et acquieuit uolun
tati eius. Ascendit aūt rex assyrioꝝ
in damascū et uastauit eā: et trans
tulit habitatores eius cyrenen: rasin
aūt interfecit. Profectusq; rex achaz in
occursum theglatphalasar regi as
syrioꝝ: in damascum. Cūq; uidisset
altare damasci: misit rex achaz ad
uriam sacerdotē exemplar eius. et
similitudinē iuxta omne opus eius.
Extruxitq; urias sacerdos altare.
Iuxta omnia que preceperat rex achaz
de damasco. ita fecit urias sacerdos:
donec ueniret rex achaz de damasco.
Cumq; uenisset rex de damasco: ui
dit altare. et ueneratus est illud. As
cenditq; et immolauit holocausta

et sacrificiū suū; et libauit libamina. et effudit sanguinē pacifi cor: que obtulerat super altare. Porro altare ereum qđ erat corā dño. transtulit de facie templi. & de loco altaris et de loco tēpli dñi: posuitq; illud ex latere altaris ad aquilonē. Precepit qq; rex achaz urie sacerdoti: dicens. Super alta re mauis offer holocaustū matuti nū. et sacrificiū uespertinū. et holo caustum regis et sacrificiū eius. & holocaustum uniūsi pli terre: et sacrificia eor et libamina corū. et omnē sanguinē holocausti & unūsi sum sanguinē uictime: super illud effundes. Altare uō ereum: erit paratū ad uoluntatē meā. Fecit igitur urias sacēdos: iuxta omnia que precepat ei rex achaz. Tulit autem rex achaz celatas bases. & lauterē qui erat desup; et mare de posuit de bobus ereis qui sustenta bant illud: et posuit sup pauimē tum stratum lapide. Musach qq; sabbati qđ edificauerat i templo. et ingressum regis exterius. conuer tit in templū dñi. ppter regē assy rior. Reliqua aūt uerbor achaz q̄ fecit; nōne hec scripta sunt in libro sermonū dierū regum iudā: Dor miuitq; achaz cum patrib; suis: et sepultus ē cū eis in ciuitate da uid. Et regnauit ezechias filius eius: pro eo.

XVII

Anno duodecimo achaz regis iudā: regnauit osee filius hela in samaria sup israel nouem annis. Fe citq; malum corā dño: sed nō sicut reges israel qui ante fuerant. Contra hunc ascendit salmanasar rex assy rior; et factus ē ei osee seruus: redde batq; illi tributa. Cuiq; deprehendisset rex assyrior. osee qđ rebellare nitens. misisset nuntios ad sua regē egipti. ne psteret tributa regi assyrior sic singulis annis solutus erat: obsedit eum: et uinctū misit in carcere. P uagatusq; est omnē terram: et ac cendens samariā. obsedit eam tribz annis. Anno aūt nono osee. cepit rex assyrior samariā; et transtulit israel in assyrios: posuitq; eos in hala et in habor iuxta fluuiū gozan. in ciuitatib; medor. Frm est enī cum peccassent filii israel dño deo suo qui eduxerat eos de terra egipti de ma nu pharaonis regis egipti; coluerūt deos alienos. et ambulauerūt iuxta ritum gentiū: quas consumpserat dñs in conspectu filior israel et regū israel. quia similit fecerant. Offende runtq; filii israel uerbis non rectis dñm dñm suū: et edificauerūt sibi excelsa in cunctis urbib; suis. a tur re custodum usq; ad ciuitatē muni tam. Fecerunt̄q; sibi statuas & lucos. in omni colle sublimi et subō omne lignū nemorosū: et adolebant ibi incensū sup aras. in morem gentiū quas transtulerat dñs a facie eor. Fecerunt̄q; iuba pessima. irritantes dñm; et coluerunt immundicias: de quib; precepto eis dñs ne facerēt uer bum hoc. Et testificatus ē dñs in israel et in iuda. p manum omniū

ꝑphāx et uidentiū: dicens. Reuertimini à uijs uīis pessimis; et custodite p̄cepta mea et cerimonias iuxta omnē legem quā precepi p̄ribz uīis: et sicut misi ad uos in manu seruoꝝ meoꝝ ꝑphāx. Qui nō audierunt; sz indurauerūt ceruicem suam iuxta ceruicē patrum suoꝝ: qui noluerūt obedire dñō deo suo. Et abiecerunt legitima ei⁹. et pactum qđ̄ pepigit cum patribz eoꝝ: et testificationes q̄ bus contestatus ē eos. Secutiq; sunt uanitates: et uane egerunt ⁊ secute sunt gentes que erant p circuitū eoꝝ; sup quibz p̄ceperat dñs eis ut nō facerent sicut et ille faciebant: et derelinquerūt omnia p̄cepta dñi dei sui. Fecerunt⁹ sibi conflatiles duos uitulos. et lucos: et adorauerūt uniuersā milicā celi. Seruierunt⁹ baal: et consecrabant et filios suos et filias suas p ignem. Et diuinationibz inseruiebant et augurijs; et tradiderunt se ut facerēt malum coram dñō: et irritauerunt eū. Iratus q; est dñs uehemēter isrl̄; et abstulit eos de cō spectu suo: et nō remansit nisi tribꝰ iuda tantūmodo. Sz; nec ipse iudā: custodiuit mandata dñi dei sui. Sed in cerimonijs ambulauit in erroribz isrl̄: quos operatus fuerat. Proiecit⁹ dñs omne semē isrl̄. et afflixit eos. et tradidit in manu diripientiū: donec proiceret eos à facie sua. Ex eo tam tempore quo scissus ē isrl̄ à domo dauid: et cō stituerunt sibi regē ieroboam filiū nabath. Sepauit enī ieroboā isrl̄ à dñō: et peccare eos fecit peccatū magnū. Et ambulauerūt filij isrl̄ in uniuersis peccatis ieroboam: que fecerat. Et nō recesserunt ab eis. usq; quo auferret dñs isrl̄ à facie sua: sicut locutus fuerat in manu omniū seruoꝝ suoꝝ ꝑphāx. Translatus q; est isrl̄ de terra sua in assyrios: usq; in diem hanc. Adduxit aūt rex assyrioꝝ de babylone. et de cutha. et de hayath. et de emath. et de sepharuaim: et collocauit eos in ciuitatibz samarie p filijs isrl̄. Qui possederunt samariam: et habitauerūt in urbibz eius. Cumq; ibi habitare cepissent: nō timebant dñm. Et īmisit eis dñs leones: qui interficiebant eos. Hunciatumq; ē regi assyrioꝝ: et dictum. Gentes quas transtulisti et habitare fecisti in ciuitatibz samarie: ignorant legitima dei terre. Et īmisit in eos dñs leones; et ecce interficiunt eos: eo qđ̄ ignorent ritum dei terre. Precepit aūt rex assyrioꝝ: dicens. Ducite illuc unū de sacerdotibz quos inde captiuos adduxistis: ⁊ uadat et habitet cum eis. et doceat eos legitima dei terre. Igitur cum uenisset unus de sacerdotibz hijs qui captiui ducti fuerant de samaria. habitauit in bethel: et docebat eos quomodo colerent dñm. Et unaquęq; gens fabricata ē dñm suū. Posuerunt⁹ eō in fanis excelsis que fecerāt samaritē. gens et gens in urbibz suis: in quibz habitabant. Viri enim babylonij: fecerunt socoth benoth. Viri aūt cuthēi: fecerunt nergel. Et uiri de emath: fecerūt asimā. Porro

cuéi: fecerunt nebaaz et tharthac.
Hu aũt qui erant de sepharuaím
comburebant filios suos igni· adra
melech et anamelech dijs sepharua
ím: et nichilominũ colebant dñm.
Fecerunt aũt sibi de nouissimis sac
dotes excelsoz: et ponebant eos ĩ fa
nis sublimibz. Et cũ dñm colerent.
dijs quoq; suis seruiebãt: uxta cõ
suetudinẽ gentiũ de quibz trãslati
fuerant samariã. Usq; in pñtem
diem: morem sectãtur antiquũ. Nõ
timent dñm; neq; custodiunt cer
monias eius et iudicia et legem· et
mandatũ qd̃ pcepit dñs filijs iacob
quẽ cognominauit isrl'. et pepigerat
cum eis pactum· et mandauãt eis:
dicens. Nolite timere deos alienos;
et nõ adoretis eos neq; colatis. et nõ
immoletis eis: sz dñm dm̃ urm̃ qui
eduxit uos de tra egipti in fortitu
dine magna et in brachio extento.
Ipm timete: et illũ adorate: et ipsi
immolate. Cerimonias qq; et iudi
cia et legem· et mandatũ qd̃ scripsit
uobis custodite· ut faciatis cunctis
diebz: et nõ timeatis deos alienos. Et
pactum qd̃ pepigit uobiscũ nolite
obliuisci: nec colatis deos alienos.
Sz dñm dm̃ urm̃ timete: et ipse e
ruet uos de manu omniũ inimicoz
uoz. Illi uõ nõ audierunt: sz uxta
consuetudinẽ suam pristinam ꝑ
trabant. Fuerunt igit̃ gentes iste
timentes quidẽ dñm: sz nichilominꝰ
et ydolis suis seruientes. Nam et filij
eoz et nepotes. sicut fecerũt patres
eoz ita faciunt: usq; in pñtẽ diem.

Anno tertio osee XVIII
filij hela regis isrl': regnauit
ezechias filius achaz regis iuda. Vi
ginti q̃q; annoz erat cũ regnare ce
pisset: et uiginti nouem annis reg
nauit in hierlm. Nom̃ matris eius
abisa: filia zacharie. Fecitq; quod
erat bonũ coram dño: iuxta omnia
que fecerat dauid pat̃ eius. Ipse dissipa
uit excelsa; et contriuit statuas: et
succidit lucos. Confregitq; serpentẽ
ereum: quẽ fecerat moyses. Siquidẽ
usq; ad illud tempus: filij isrl' adole
bant ei incensũ. Uocauitq; eum no
esthan. Et in dño deo isrl' sperauit.
Itaq; post eum ñ fuit similis ei de
cunctis regibz iuda: sz neq; in hijs q̃
ante fuerunt. Et adhesit dño: et ñ
recessit a uestigijs eius. Fecitq; manda
ta eius: que precepat dñs moysi. Un
de et erat dñs cũ eo: et in cunctis ad
que pcedebat. sapienter se agebat. Re
bellauit quoq; contra regem assyri
oz: et ñ seruiuit ei. Ipse percussit phi
listeos usq; gazam· et oms tẽminos
eoz: a turre custodũ usq; ad ciuitatẽ
muratã. Anno quarto regis ezechie
qui erat annus septimus osee filij
hela regis isrl' ascendit salmanasar
rex assyrioz samariã: et oppugnauit
eam· et cepit. Nam post annos tres.
anno sexto ezechie id est nono ãno
osee regis isrl': capta ẽ samaria. Et
transtulit rex assyrioz isrl' in assy
rios: collocauitq; eos in hala et in
habor· fluuijs gozan in ciuitatibz
medoz: quia non audierũt uocem
dñi dei sui. sz pergressi sunt pactũ

eius. Omnia que ꝓcepat moyses ser
uus dñi nō audierunt: neq; fecerē.
Anno quarto decimo regis ezechie.
ascendit sennacherib rex assyriorū
ad unūsas ciuitates iudā munitas:
et cepit eas. Tunc misit ezechias rex
iudā nūcios ad regem assyriox in la
chis: dicens. Peccaui. Recede à me:
et omne qđ imposueris mihi feram.
Indixit itaq; rex assyriox ezechie
regi iude: trecenta talenta argēti.
et triginta auri talenta. Dedit itaq;
ezechias omne argentū qđ ꝛeptum
fuerat in domo dñi: et in thesauris
regis. In tempe illo confregit eze
chias ualuas templi dñi. et lami
nas auri quas ipe affixerat: et de
dit eas regi assyriox. Misit aūt rex
assyriox tharthan et rabsaris. et rab
sacen de lachis. ad regem ezechiam
cū manu ualida: ihrlm. Qui cum
ascendissent. uenerūt ihrlm: et stete
runt iuxta aqueductū piscine supi
oris. que ē in uia agri fullonis. Vo
cauerunt itaq; regē. Egressus est aūt
ad eos eliachim filius helchie ꝓpo
eius. theroan filius ei⁹ helchana
filⁱ eius. Filij samuel: ꝓmogenitus
uassem. et abiam. Filij aũt merari:
mooli. lobem filij eius. semei filius
eius. oza filius ei⁹ samaa filius ei⁹
aggia filius eius. asaia filius eius.
Isti sunt quos constituit dauid sup
cantores domus dñi. ex quo colloca
ta ē archa: et ministrabãt coram
tabnaculo testimony canentes. do
nec edificaret salomon domũ dñi
in thelim. Stabant aũt iuxta ordi
nẽ suũ: in ministerio. Hi uõ sunt
qui assistebant: cum filys suis. De
filys caath: heman cantor. filius
iohel. filij samuel. filij helchana. fi
lij tercan. filij heliel. filij thou. filij
phiph. filij helchana. filij maath.
filij masai. filij helchana. filij iohel.
filij azarie. filij sophonie. filij thaa
ath. filij asir. filij abiasaph. Filij
chore. filij ysaar. filij caath. filij leui.
filij isrl. Et frater eius. asaph: qui
stabat a dextris eius. Asaph: filius
barachie. filij samaha. filij micha
el. filij basie. filij melchie. filij atha
nai. filij zara. filij adaia. filij eth
nan. filij zama. filij semei. filij
geth. filij gerson. filij leui. Filij
aũt merari frẽs eor: ad sinistram.
Ethan: filius chusi. filij adeli. filij
maloch. filij asabie. filij amasie. fi
lij helchie. filij amasai. filij bonni.
filij somer. filij mooli. filij musi. fi
lij merari. filij leui. Frẽs quoq; eor
leuite: qui ordinati sũt in cunctũ
ministeriũ tabnaculi domus dñi.
Aaron uõ et filij ei⁹ adolebant incen
sum sup altare holocaustor. et sup
altare thimiamatis. in omẽ opus
sancti scor: et ut ꝓpitietur p isrl
iuxta omnia que ꝓcepit moyses ser
uus dei. Hi aũt sunt filij aaron: e
leazar filius eius. phinees filⁱ eius.
abisue filⁱ eius. booz filius ei⁹ ozi
filius. zarata filius eius. meraioth
filⁱ eius. amarias filⁱ eius. achitob
filius eius. sadoch filius eius. achi
maas filⁱ eius. Et hec habitacula
eor ꝑ uicos atq; confinia. filior sal
aaron. iuxta cognationes caathi
tar: ipis enim sorte contigerant.
Dederunt g̃ eis hebron in tra iudꝙ.
et suburbana ei⁹ p circuitũ: agros ũ
ciuitatis et uillas. caleb filio iepho
ne. Porro filys aaron dederũt ciui
tates ad confugiendum. hebron. et
lomna. et suburbana ei⁹. iether qq;
et esthamo cũ suburbanis suis. sed
et helon. et dabir cũ suburbanis su
is: asan quoq; et bethsames. et sub
urbana eax. De tribu autẽ benia
min: gabee. et suburbana eius. et a
lamath cũ suburbanis suis. ana
thot quoq; cũ suburbanis suis. Om
nes ciuitates tredecĩ cũ suburbanis
suis: p cognationes suas. Filys aũ
caath residuis de cognatione sua:
dederunt ex dimidia tribu manasse
in possessionẽ. urbes decem. Porro fi
lys gerson ꝑ cognationes suas: de
tribu ysachar. et de tribu aser. et de
tribu neptalĩ. et de tribu manasse
in basan. urbes tredecĩ. Filys aũt
merari p cognationes suas: de tribu

ruben·de tribu gad. et de tribu zabulon·dederunt sortes ciuitates duode cim. Dederunt quoq; filij israel leuitis ciuitates et suburbana eaꝝ. Dederunt quoq; p sortem ex tribu filioꝝ iudæ. et ex tribu filioꝝ symeon·et ex tribu filioꝝ beniamin. urbes has quas uo cauerunt ex nomib; suis: et ex hijs q̃ erant ex cognatione filioꝝ caath. fuerunt q̃ ciuitates in finibus eoꝝ: de tribu ephraim. Dederunq; eis urbes ad confugiendū: sichem cū suburbanis suis in monte effraym. et gazer cū suburbanis suis. hiemaan quoq; cum suburbanis suis. ⁊ bethoron simult̃. necnō et elon cū suburbanis suis. et gethremon in eundē modum. Porro ex dimidia tribu manasse. aner et suburbana eius. haiaam et suburbana eius: hijs uidelicet qui de cognatione filioꝝ caath reliqui erant. filijs aūt gerson: de cognatione dimidie tribꝰ manasse. gaulon in basan et suburbana ei⁹. et astaroth cū suburbanis suis. De tribu ysachar: cedes et suburbana eius. et daberath cū suburbanis suis; ramoth quoq; et suburbana eius. et anem cū suburbanis suis. De tribu uō aser: masal cū suburbanis suis. ⁊ abdon simult̃. hucath quoq; et suburbana eius. et roob cū suburbanis suis. Porro de tribu nepthalim: cedes in galilea et suburbana eius. amon cū suburbanis suis. et cariathaim et suburbana ei⁹. filijs aūt merari reliquis: de tribu zabulon·remono et suburbana eius. et thabor cum suburbanis suis. Transiordanē q̃q; ex aduerso iericho contra orientē iordanis: de tribu ruben·bosor in solitudine cū suburbanis suis. et iasa cū suburbanis suis. cademoth q̃q; et suburbana ei⁹. et mephaat cū suburbanis suis. necnō et de tribu gad. ramoth in galaad et suburbana ei⁹. manaim cū suburbanis suis. ⁊ et esebon cū suburbanis suis. et iezer cū suburbanis suis. Porro filij ysachar: VIII suis. thola·et phua·iasub. et samiron·quatuor. Filij thola: ozi·et raphaia·et ierihel·et iemai·et iepsem·et samuel·principes p domos cognationū suaꝝ. De stirpe thola·uiri fortissimi numerati sunt in diebꝰ dauid: uiginti duo milia sexcenti. filij ozi. izrahia: de quo nati sunt michahel. et obadia·et ioihel·et iesya·quinq; omnes principes. cumq; eis p familias et turmas suos. accincti ad pugnā uiri fortissimi triginta sex milia. Habuerunt enim habuerūt uxores: et filios. Fratresq; eoꝝ p omnē cognationem ysachar. robustissimi ad pugnandum: octoginta septē milia numerati sunt. Filij beniamin: bela·et bochor·et iadihel tres. Filij bela·esbon·et ozi·et ozihel·et zerimoth. et uiri·quinq; principes familiaꝝ. et ad pugnandū robustissimi. Numerus aūt eoꝝ: uiginti duo milia. et triginta quatuor. Porro filij bochor: zamira·et ioas. et heliezer. et helioenai·et amri·et ieremoth. et abia·et anathoth. et almathan. Omnes hij: filij bochor. Numerati sunt

aũt p familias suas principes cognationum ad bella fortissimi: quinquaginta milia et ducenti. Porro filii iadihel: balan. Filii aũt balan: ieus. et benjamin. et aoth. et chanana. et rothan. et tharsis. et chalsaar. Omnes hi filii iadihel. principes cognationũ suaꝝ: uiri fortissimi decẽ et septẽ milia et ducenti. ad pliũ procedentes. Sephan qꝫ et aphan filii hir. et hasim. filii aser. Filii aũt neptalim: iasihel. et guni. et iesar. et sellum. filii bale. Porro filius manasse: ezrihel. Cõcubinaqꝫ eius syra: peperit machir patrem galaad. Machir aũt accepit uxores filys suis. huphim et suphim: et habuerunt sororẽ nõie maacha. Nomẽqꝫ secundi filii: salphaath. Natusqꝫ sunt salphaad filie. Et peperit maacha uxor machir filiũ: uocauitqꝫ nom eius phares. Porro nomen fris eius sares: et filii ei. hulam. et recem. Filius aũt hulam: bedan. Hi filii galaad: filii machir filii manasse. Soror aũt ei regina. peperit uiriũ decorum. abiezer: et moola. Crant autẽ filii semida: ahyn. et sychem. et lyci. et aniam. Filii aũt ephraim. suthala. baareth filius eius. thaath filius ei. elada filii eius. thahat filii eius. et huius filius zabad. et huius filii suthula. et hui filius ezer: et elaad. Occiderunt aũt eos uiri geth indigene: quia descenderant ut inuaderẽt possessiones eor. Luxit igitur ephraim pater eor multis diebus: et uenerunt fres eius ut consolarentur eũ. Ingressusqꝫ est ad uxorem suã: que concepit et peperit filiũ. Et uocauit nomẽ eius beria: eo qꝺ in malis domus ei orta ẽ. Filia aũt eius fuit sara: que edificauit bethoron inferiorem et superiorem. et ozensara. Porro filius eius. raphа. et reseph. et thale. de quo natus ẽ thaan: qui genuit laadon. Hui quoqꝫ filii ammiud. genuit elysama. de quo ortus ẽ num: qui habuit filiũ iosue. Possessio aũt eor et habitatio. bethel cum filiabus suis. et contra orientẽ. noran. ad occidentalẽ plagam. gazer et filie eius: sychem quoqꝫ cum filiabus suis. atqꝫ aza. cũ filiabus suis: uixta quoqꝫ filios manasse. bethsan. et filias eius. thanac et filias eius. mageddo et filias eius. dor et filias ei. In hys habitauerunt filii ioseph: filii isrl. Filii aser: iomna. et iesua. et ysui. et baria. et sara soror eorũ. Filii aũt baria: heber. et melchiel. ipe est pat barzaith. Heber aũt genuit iephlath. et somer. et otham. et suaa sororem eor. Filii aũt iephlath: phoseth. et chamaal. et asoph. Hi filii iephlath. Porro filii somer: achi. et roaga. et iaba. et aram. Filii aũt helem fris eius: supha. et iemna. et selles. et amal. Filii supha: sue. et arnapher. et sual. et beri. et zamra. et bosor. et odor. et sama. et salusa. et iethran. et beram. Filii autẽ ether. iephone. et phaspha. et ara. Filii aũt ola: aree. et anihel. et resia. Omnes hi filii aser: principes

cognationū electi atq; fortissimi duces ducum. Numerus aūt eoz erat
tis que apta erāt ad bellum: iuxta
Sex milia. VIII
Beniamin aūt genuit bela pri
mogenitū suū: asbaal secūm. et aara
rium. noaa quartū. et rapha quīn
tum. Fuerunt q; filij bela: addoar. et
gera. et abiud. abisue quoq; et naa
mám. et achia. sed et gera. et sephu
phan. et huram. Hy sunt filij aoth.
principes cognationū habitantiū in
gabaá: qui translati sunt in ma
nath. Haaman aūt et ahia. et ge
ra. ipe transtulit eos: et genuit oza.
et aiud. Porro saarim genuit in re
gione moab: postquā dimisit uxēs
suas. Genuit aūt de
des uxore sua: iobáb. et sebia. et mo
sa. et molthon: iebus q̄q; et sechia.
et marmá. Hy sunt filij eius: prī
cipes in familys suis. De uxim uō
genuit achitob. et elphaal. Porro
filij elphaal: heber. et misaam. et
samaad. Hic edificauit ono: et lod.
et filias eius. Bara aūt et sama:
principes cognationū habitantiū in
hailon. Hy fugauerūt habitatores
geth. et hala. et sefach. et ieremoth.
et zadabia. et arod. et heder. Micha
el quoq; et iespha. et ioaa. filij aba
na: et zedabia. et mosollam. et eze
chi. et heber. et iesamari. et iezlia.
et iobáb. Filij elphaal: iatum. et ze
er. et zabdi. et helioenai. et seleetai.
et heliel. et adaia. et baraza. et sa
marath. Filij semei: iesphan. et he
ber. et elihel. et abdon. et echri. et
chanaan. et anania. et talam. et a
nathothia. et iephdia. et phanuel.
filij sefach: et sampsari. et soria. et
otholia. et gersia. et helia. et zechri.
filij ieroam. hy. patriarche. et cog
nationū principes qui habitauerūt
in iherlm. In gabaon aūtē habitaue
runt abigabaon: et nom uxoris et
maachá. Filius quoq; eius primoge
nitus abdon. et sur. et cis. et baal.
et ner. et nadab. gedor quoq; et haio.
et zacher. et machelloch. Et machel
loch: genuit samaá. Habitauerūtq;
ex aduerso fratrū suoz in iherlm:
cum frībz suis. Ner aūt genuit cis:
et cis genuit saul. Porro saul: ge
nuit ionathan. et melchisue. et abi
nadab. et hisbaal. Filius aūt iona
than. meribaal: et meribaal genu
it michá. Filij michá: phithon. et me
lech. et thara. et ahaz. Et ahaz: ge
nuit ioiadá. Et ioiadá: genuit ál
moth. et almoth. genuit zamri.
Porro zamri genuit mosá: et mo
sa genuit banaá. Cuius filij fuit
raphaia. de quo ortus ē elesá: qui
genuit esel. Porro esel sex filij fue
re. hys nominibz: extricám. bocrú.
ysmahel. saria. abadia. anan. Om
nes hy: filij esel. Filij aūtē asech
frīs eius: ulam primogenitus. et
hus secundus. et elyphales tertius.
Fuerunt q; filij ulam. uiri robus
tissimi. et magno robore. rendēn
tes arcum: et multos habentes
filios ac nepotes. usq; ad centum
quinquaginta. Omnes hy: filij
beniamin.
IX

Omnis ḡ isr' dinumerat' ē:
et ſūma eor ſcripta eſt in libro
regum iſr' et iuda. Translatiq; ſunt
in babylonē: ꝓp' delictū ſuum. Qui
aūt habitauerunt ꝑmi in urbib; ſu
is. et in poſſeſſionib; iſr' et ſacerdotes
et leuite. et nathinei. Cōmorati ſunt
in ihrlm de filys iuda et de filys be
niamin: de filys quoq; effraim z ma
naſſe. Ochei filius amiud. filij ſem
ri. filij omroi. filij bonni: de filys pha
res. filij iudā. Et de ſiloni: aſia pri
mogenitus. et filij eius. De filys aūt
zarā: ieuhel. et frēs eor. ſexcenti no
naginta. Porro de filys beniamin:
ſalo filius mosollam. filij odoia. filij a
ſana. et iobonaia. filius ieroam. et
ela filius ozi. filij mochori. et mosollā
filius ſaphatie. filij rahuel. filij ie
banie. et frēs eor ꝑ familias ſuas
nongenti qnquaginta ſex. Omnes
hij principes cognationū ſuar: ꝑ do
mos patrum ſuor. De ſacerdotib;
aūt: ieiada. ioiarib. et iachin. aza
rias quoq; filius helchie. filij moſol
lam. filij ſadoch. filij maraioth. filij
achitob. pontifex domus dñi. Porro
adaias filius ieroam filij phaſor.
filij melchia. et maſaia filius adihel.
filij iezra. filij moſollam. filij moſel
lamoth. filij emmer. frēs quoq; eor
principes ꝑ familias ſuas. mille ſep
tingenti ſeptuaginta fortiſſimi ro
bore: ad faciendum opus miniſterij
in domo dñi. De leuitis autem: ſe
meia filius aſſub. filij ezricam. filij
aſebiu. de filys merari. bachabar q;
carpentarius. et galal. et matha
nia. filius micha. filij zechri. filij aſaph.
et obdias filius ſemeie. filij galal.
filij idithum. et barachia filius aſa.
filij helchana. qui habitauit ī atrij
netophati. Janitores aūt: ſellum. z
achub. et thelmon. et achiman. et
frēs eor. Sellum: princeps. Vſq; ad
illud tempus. in porta regis ad ori
entē obſeruabant ꝑ uices ſuas: de
filys leui. Sellum uō filius chore.
filij abiaſaph. filij chore: cum frib;
ſuis. et domo patris ſui. Hij ſunt co
rite ſup opa miniſterij. cuſtodes uel
tibulor tabernaculi. et familie eor ꝑ
uices caſtror dñi: cuſtodientes in
troitum. Fines aūt filius eleazar:
erat dux eor coram dño. Porro zacha
rias filius moſollam: ianitor portę
tabernaculi teſtimonij. Omnes hij e
lecti in oſtiarios ꝑ portas ducenti
duodecim. et deſcripti in uillis ꝑpriis;
quos conſtituerunt dauid et ſamu
el uidens in fide ſua: tam ipos qm
filios eor in oſtijs domus dñi. et in
tabernaculo uocab; ſuis. Ꝑ qtuor uen
tos erant oſtiarij: id eſt ad orientē
et ad occidentē. ad aquilonē et ad
auſtrū. Frēs aūt eor in uiculis mo
rabantur: et uenebāt in ſabbatis
ſuis. de tempe uſq; ad tempus. Hijs
qtuor leuitis creditus ē omnis nu
merus ianitor: et erant cuſtodien
tes exedras. et theſauros domus dñi.
Ꝑ gyrum qq; templi dñi morabā
tur in cuſtodijs ſuis: ut cū tempus
fuiſſet mane aperirent fores. De eode
genere erant: et ſup uaſa miniſtij.
Ad numerū enī inferebātur uaſa:

et efferebantur de ipis. Et q̃ creatura habebant utensilia scũarij: p̃erant simile et uino et oleo. et thuri et aromatibz. Filij aũt sacerdotum: unguenta ex aromatibz conficiebant. Et mathathias leuites p̃mogenitus sellum core: p̃fectus erat oĩum. que in sartagine frigebantur. Porro de filijs caath fr̃ibz eoz. sup panes erant ꝓpositionis: ut semp nouos p singula sabba p̃pararent. Hi sunt p̃cipes cantoz p familias leuitaz. qui in ędibus morabãtur: tra ut die et nocte uigiter suo ministerio deseruirẽt. Capita leuitaz p familias suas: p̃cipes manserũ in hierlim. In gabaon aũt cõmorati sunt. Pater gabaon. iathihel: et nom uxoris eius maacha. Filius p̃mogenitus eius. abdon: et sus. et cis. et baal. et ner. et nadab. gedor q̃q. et aho. et zacharias. et macelloth. Porro macelloth: genuit semmaa. Isti habitabant e regione fratrũ suoz in hierlim: cum fr̃ibz suis. Ner aũt genuit cis: et cis genuit saul. Et saul genuit ionathan: et melchi sue. et abinadab. et isbaal. Filius aũt ionathan: meribaal: et meribaal genuit micha. Porro filij micha: phithon. et melech. et thaara. Ahaz aũt genuit iara: et iara genuit alamath. et azmoth. et zamri. Et zamri genuit moosa: et moosa genuit baana. Cuius filius raphaia genuit elesa: de quo ortus ẽ hesel. Porro hesel sex filios habuit hys nominibz: ezricam. bochru. ysmahel. saria. obdia. anan. Hij filij hesel.

Philistym aũt pugnabãt contra israel. Fugeruntq; uiri israel' a philistinos: et ceciderunt uulnerati in monte gelboe. Cumq; appinquassent philistei. p̃sequentes saul et filios eius: p̃cusserunt ionathan et abinadab. et melchisue. filios saul: et aggrauatũ est p̃lium contra saul. Inuenerunteq; eũ sagittarij: et uulnerauerũt iaculis. Et dixit saul: ad armigerũ suũ. Cuagina gladium tuũ; et interfice me: ne forte ueniant incircũcisi. et illudant mihi. Noluit aũt hoc facere armiger eius: timore p̃territus. Arripuit igitur saul ensem: et irruit in eũ. Quod cũ uidisset armiger eĩ. uidelicet ẽ mortuũ saul. irruit etiam ipe in gladiũ suũ: et mortuus ẽ. Interiit ergo saul et tres filij eius: et omis domus eius pariter concidit. Qđ cũ uidissent uiri israel' qui habitabant in campestribz: fugerunt. Et saul ac filij eius mortui. derelinquerũt urbes suas: et huc illucq; dispsi fr̃. Uenerunteq; philistym: et habitauerunt in eis. Die igitur altero. detrahentes philistym spolia cesorum: inuenerũt saul et filios eius. iacentes in monte gelboe. Cumq; spoliassent eũ et amputasseẽ caput. armisq; nudassent: miserunt in tram suam ut circũferrent. et ostenderetur ydoloz templis. et pplis. Arma aũt eius consecrauerunt in fano dei sui: et caput affixerunt in templo dagon. Hoc cũ audisseẽ uiri

rabes galaad. omia scilicet que philistiim fecerunt sup saul: consurrexerunt singuli uxor fortiu. et tulerunt cadauera saul et filiorū suor. Attulerunt ea in rabes: et sepelierunt ossa eor subter quercū que erat in rabes. Et ieiunauerūt septem diebz. Mortuus est g saul ppt iniquitates suas; eo qd puarit actus sit mandatū dni qd pcepat. et ñ custodierit illud: sz insup etiā phytonissam consuluerit. nec speraverit in dño. Propē qd et interfecit eum: et trāstulit regnū eius. ad

XI

Congregatus ē igitur oīs isrl ad dauid in hebron: dicens. Os tuum sumus: et caro tua. Heri qz et nudius tertiꝰ. cū adhuc regnaret saul: tu eras qui educebas. et inducebas isrl. Tibi enī dixit dns ds tuus. Tu pasces pplm meū isrl: et tu eris princeps sup eū. Venerunt g oēs maiores natu isrl ad regē in hebron: et iniit dauid cū eis fedus coram dño. Unxerunt eū regem sup isrl: iuxta sermonē dni quē locutus ē in manu samuel. Abiit quoq; dauid et oīs isrl in iherm. hec est iebus: ubi erant iebusei habitatores terre. Dixerunt qui habitabant iebus: ad dauid. Non ingredieris huc. Porro dauid cepit arcem syon: que ē ciuitas dauid. Dixitq. Omnis qui percusserit iebusei in primis: erit princeps et dux. Ascendit g primus ioab filius saruie: et fact est princeps. Habitauit aūt dauid in arce: et idcirco appellata ē ciuitas dauid. Edificauitq urbem in circuitu: a mello usq ad gyrū. Joab aūt: reliqua urbis extruxit. Proficiebatq dauid uadens et crescens: et dns exercituū erat cum eo. Hi principes uxor fortiū dauid. qui adiuuerunt eū ut fieret rex sup omnē isrl iuxta ūbum dni qd locutus est ad isrl: et iste numerus robustor dauid. Jebaam filius achamoni: princeps inter triginta. Iste leuauit hastā suam: sup trecentos uulnatos una uice. Et post eum eleazar filꝰ patrui eius ahoites: qui erat inter tres potentes. Iste fuit cū dauid in aphes domin: quando philistiim congregati sunt ad locum illū in plurim. Et erat ager regionis illius: plenus ordeo. Fugeratq pplꝰ: a facie philistinor. Hi steterunt in medio agri: et defenderunt eū. Cuiq; percussissent philistheos: dedit dns salutē magnam pl̄o suo. Descenderūt aūt tres de triginta principib; ad petram in qua erat dauid. ad speluncā odollam: quando philistei fuant castra metati in ualle raphaim. Porro dauid erat in presidio: et statio philistinor in bethleem. Desideraūt ig dauid: et dixit. O siquis dederit mihi aquā de cisterna bethleem: que est in porta. Tres g isti p media castra philistinor pretexerunt; et hauserunt aquā de cisterna bethleem que erat in porta: et attulerūt ad dauid. ut biberet. Qui noluit: sz magis libauit illam dño. dicēs. Absit

ut in conspectu dei mei hoc faciã: et
sanguinẽ uirorũ ibor bibam: quia in
periculo animarũ suarũ attulerũt in aquã.
Et ob hanc causam: noluit bibere.
Hec fecerunt tres robustissimi. Abi
sai quoq; frr̃ ioab. ipse erat princeps tri
um; et ipse leuauit hastam suã. cõ
tra trecentos uulnerãtos: et ipse erat
inter tres nobilissimus. inter tres. secõs
meliorus. et princeps eorũ. Verumtam.
usq; ad tres primos nõ puenerat. Ba
naias filius ioiade uir robustissi
mi. qui multa opa perfecerat de
capseel: ipse percussit duos ariehel mo
ab. Et ipse descendit. et interfecit
leonẽ in media cisterna: tempe ni
uis. Et ipse percussit uirum egyptiũ;
cuius statura erat quinq; cubitorũ:
et habebat lanceam ut liciatorũ
texentiũ. Descendit igitur ad eũ
cum uirga; et rapuit hastam quã
tenebat manu: et interfecit eum
hasta sua. Hec fecit banaias filiꝰ
ioiade: qui erat tres robustos nõia
tissimus. et inter triginta primus. Ve
rumtam. usq; ad tres non puenerat.
Posuit aũt eum dauid: ad auriculã
suam. Porro fortissimi uir. in exer
citu. Asahel frr̃ ioab. Et eleanan
filius patrui eius de bethleem. Sem
moth aorites. Helles palonites. Iras
filius acces thecuites. Abiezer. ana
thothites. Sobochai. sothites. Ilay
achoites. Harai nerophatites. He
led filius banaa nethophatites. Ce
thai filius ribai. de gabaath filiorũ
beniamin. Banaia pharathonites.
Hurai de torrente goas. Abiel. ara
bathites. Azmoth bauramites. Elia
ba salabonites. Filii assem. gesoni.
Jonathan filius sage ararites. Ahi
am filiꝰ achar ararites. Eliphat
filius ureper mechoratites. Ahia
phellonites. Asrahi carmelites. Ho
rai filius exbai. Joel frr̃ na
than. Mibaar filiꝰ agarai. Selech.
ammonites. Hoorai berothites.
armiger ioab filii sarue. Iras ie
thereus. Gareb iethereus. Urias e
theus. zabad filius ooli. Adina fi
lius sisar rubenites. princeps rube
nitarũ: et cum eo triginta. Hanan
filius maacha. Et iosaphath. ma
thanites. Ozias astarothites. Sem
ma et iahel. filii hotham aroerites.
Jediel filius samri. et ioa frater eiꝰ
thosaites. Helihel maanites. ieri
bai. et iosia filii elnaem. Jethma mo
abites. Heliel. et obed. et iasiel.
de masobia. XII

Hi quoq; uenerunt ad dauid
in sycelech. cũ adhuc fugeret saul
filiũ cis: qui erant fortissimi. et e
gregii pugnatores tendentes arcũ.
et utraq; manu fundis saxa iaci
entes. et dirigentes sagittas. De
frib; saul. et beniamin: princeps
ahiezer. et ioas. filii amaa gaba
thites. et iaziel. et phalech. filii
azmoth. et barachia. et iehu ana
thothites. samaias quoq; gabao
nites fortissimꝰ inter triginta. et sup
triginta ieremias. et ieziel. et io
hannan. et zebad gadderothites.
eluzai. et ierimuth. et baalia. et
samaria. et saphatia araphites. hel

chana·et ielsiá·et azrahel·et ioezer·
et ieremoth·et baalia·et semarias·et saphatias harophites·
et ieremoth·decareum·ioelam q̄q; et
zaradia·filij icroham de gedor·Hij
et de gadditranſfugerē ad dauid
cum lateret in deſerto.uiri fortiſſi
mi pugnatores opumq; tenentes
clipeum et haſtam.facies eor q̄si
facies leonis: et ueloces quaſi ca
pree in montibus.Cæter p̄ceps.obdi
as ſecūs.eliab tercius.maſmana q̄r
tus.ieremias q̄ntus.hethi ſextus.
heliel ſeptimus.iohannan octauus.
helſebad nonus.ieremias decimus.
bathana undecimus.Hij de filijs
gad: p̄cipes exercitus.Nouiſſim⁹
centum militū p̄erat: et maxim⁹
mille.Iſti ſunt qui tranſierunt ior
danē menſe p̄mo.q̄ndo inundare
conſueuit ſup ripas ſuas: et oēs
fugauerē qui morabantur i uallib⁹
ad orientalem plagā·et ad occiden
talem.Uenerūt aut̄ ⁊ de benamin
et de iuda: ad p̄ſidium in quo mo
rabatur dauid.Egreſſusq; ē dauid
obuiam eis: et ait.Si pacifice ue
niſtis ad me·ut auxiliaremini mi:
cor meū iungatur uobis.Si aūt in
ſidiamini michi p adūſarijs meis.
cū ego iniquitatē in manibus nō ha
beam: uideat ds patrum nr̄or et
iudicet.Sps uō induit abyſai p̄n
cipem iuē triginta: et ait.Tui ſu
mus o dauid: et tecum filij yſai.
Pax pax tibi; et pax adiutorib⁹ tuis:
te enī adiuuat ds tuus.Suſcepit
q̄ eos dauid: et conſtituit p̄cipes
turme.Porro de manaſſe tranſfu
gerunt ad dauid·q̄ndo uenieb⁹t
cū philiſtijm ut adūſum ſaul pug
narēt.Et nō dimicauit cū eis; quia
inito conſilio remiſerunt eū p̄nci
pes philiſtinor̄.dicentes: periculo ca
pitis nr̄i reūretur ad dn̄m ſuū ſaul.
Quando igitur in ſycheleg reūſus
eſt: tranſfugerūt ad eū de manaſſe.
ednas.et iozabad.iediel.⁊ michael·
et iozabad.et heliu·et ſalathi p̄n
cipes militū in manaſſe.Hij p̄bue
runt auxiliū dauid: adūſum latrū
culos.Oēs enī erant uiri fortiſſi
mi: et frī ſunt p̄cipes in exercitu.
Sic et p ſingulos dies ueniebant
ad dauid·ad auxiliandū ei: uſq; dū
fieret grandis numerus.quaſi ex
ercitus dei.Iſte quoq; eſt numer⁹
p̄cipum exercitus qui uenerūt ad
dauid·cū eēt in hebron: ut trāſfer
rent regnū ſaul ad eū·iuxta uerbū
dn̄i.Filij iuda portantes clipeum
et haſtam: ſex milia octoginta·⁊
expediti ad preliū.De filijs ſyme
on: uiror fortiſſimor ad pugnan
dum·ſeptē milia centū.De filijs
leui: quatuor milia ſexcenti.Joia
da q̄q; p̄ceps de ſtirpe aaron: et
cum eo tria milia ſeptingēti.Sa
doch etiā puer egregie indolis.et
domus patris eius: p̄cipes uigin
ti duo.De filijs aūt beniamin frīb⁹
ſaul: tria milia.Magna enī pars
eor: adhuc ſequebatur domū ſaul.
Porro de filijs effraim uiginti mi
lia octingenti.fortiſſimi roboris:
uiri nominati in cognatiōib⁹ ſuis.
Et ex dimidia parte trib⁹ manaſſe:
decem et octo milia.Singuli p no

mina sua uenerunt: ut constituerẽt
dauid regem. De filijs q̃q; ysachar.
uiri eruditi qui nouerant singula
tempa ad p̃cipiendũ quid facere de
beret isr̃l: p̃cipes ducent. Omnis
aũt reliqua tribus: eor consilia seq̃
batur. Porro de zabulon qui egredi
ebantur ad p̃lium. et strabant in a
cie instructi armis bellicis q̃nqua
ginta milia: uenerunt in auxiliũ
nõ in corde duplici. Et de nepthalim
p̃cipes milicie: et cũ eis instructi
clipeo et hasta triginta septẽ mi
lia. De dan etiã p̃parati ad p̃lium:
uiginti et octo milia sexcenti. Et
de aser egredientes ad pugnam. et
in acie p̃uocantes: quadraginta
milia. Transiordanẽ aũt de filijs
ruben et gad et dimidia parte trib⁹
manasse. instructi armis bellicis.
centũ uiginti milia. Oms isti uiri
bellatores et expediti ad pugnã. cũ
corde p̃fecto uenerunt in hebron:
ut constituerent dauid regem sup
uniũsum isr̃l. Sed et omnes reliq̃e
ex isr̃l uno corde erant: ut rex fieret
dauid. Fuerunt q̃; ibi apud dauid
tribus dieb⁹. comedentes et bibentes:
p̃parauerant eis enim frẽs eor. Sed
et qui uicina eos erant. usq; ad ysa
char. et zabulon. et nepthalim: af
ferebant panes in asinis et came
lis et mulis et bobus ad uescendũ.
farinam. palatas. uuam passam.
unum. oleum. boues. et arietes.
ad omnem copiã. Gaudiũ quippe
erat: in israhel. XIII

Iit aũt consiliũ dauid cũ tribunis
et centurionib⁹ et uniuersis p̃cipib⁹:
et ait ad omnẽ cetum isr̃l. Si pla
cet uobis. et a dño deo nr̃o egrediatur
sermo quẽ loquor; mittamus ad frẽs
nr̃os reliquos in uniuersas regiones
isr̃l. et ad sacerdotes et leuitas qui
habitant in suburbanis urbiũ. ut
congregentur ad nos: et reducamus
archam dei nr̃i ad nos. Non enim re
q̃siuimus eã: in diebus saul. Et respõ
dit uniuersa multitudo: ut ita fieret.
Placuerat enim sermo: omni pplo. Cõ
gregauit q̃ dauid cunctũ isr̃l. a syhor
egipti usq; dum ingrediaris emath:
ut adduceret archam dei de carya
thiarim. Et ascendit dauid et oms
uiri isr̃l ad collem cariathiarim. q̃
est in iuda: ut afferret inde archã
dñi di sedentis sup cherubin. ubi
inuocatũ est nomen eius. Imposue
runtq; archam dei sup plaustrum
nouum: de domo aminadab. Oza
aũt et frẽs eius: minabãt plaustrũ.
Porro dauid et uniuersus isr̃l lude
bant coram dño omni uirtute: in can
ticis et in cytharis et psalteriis et
tympanis et cymbalis et tubis. Cũ
aũt puenissent ad aream chidon.
tetendit oza manũ suã: ut sustenta
ret archam. Bos quippe lasciui
ens: paululũ mouerat eã. Iratus
est itaq; dñs contra ozam; et p
cussit eũ eo q̃d tetigisset archam: et
mortuus ẽ ibi coram dño. Contris
tatusq; est dauid: eo q̃d diuisisset
dñs ozam. Vocauitq; locum illũ
diuisio ozę: usq; in p̃sentem diem.
Et timuit dñm tunc temp⁹: dicẽs.

quom ad me possum introducē archam dñi? Et obhanc causam nō eam adduxit ad se. hoc ē in ciuitate dauid: sed duxit in domum obededom gethei. Mansit q̄ archa dei in domo obededom tribꝫ mēsibꝫ. Et bñdixit dñs domui eius. et omnibꝫ que habebat. XIIII

Misit quoq; yram rex tyri nūcios ad dauid. et ligna cedrina. et artifices parietū lignoꝝq; ut edificarent ei domū. Cognouitq; dauid qđ confirmasset eū dñs in regem sup ysrl: et subleuatum eēt regnū suū sup pplm eius ysrl. Accepitq; dauid alias uxores in ihrlm: genuitq; filios ac filias. Hec nomina eoꝝ qui nati sunt ei in ihrlm: sammu et sobab. nathā et salomon. ieber et elisu. et eli et eliphaleth. noga quoq; et napheg. et iaphie elisama. et baliada. et eliepheleth. Audientes aūt philisthim eo qđ unctus eēt dauid in regē sup unūsum ysrl: ascenderūt oēs ut quererēt eū. Qđ cum audisset dauid: egressus ē obuiā eis. Porro philisthim: diffusi sunt i ualle raphaim. Consuluitq; dauid dñm: dicens. Si ascendam ad philistheos: Et si trades eos in manu mea. Dixitq; ei dñs. Ascende: et tradā eos in manu tua. Cumq; illi ascendissent in baalpharasim. percussit eos ibi dauid: et dixit. Diuisit ds inimicos meos p manū meā: sicut diuiduntur aque. Et idcirco uocatum ē nom loci illi: baalpharasim. Dereliq̄runtq; ibi deos suos: quos dauid iussit exuri. Alia aūt uice philisthim irruerunt: et diffusi sunt in uallem. Consuluitq; dauid dñm rursum. Et dixit ei ds. Non ascendes p eos. Recede ab eis: et uenies contra illos ex aduūso pirꝫ. Cūq; audieris sonitum gradientis in cacumine pirꝫ: tunc egredieris ad bellum. Egressus ē enim ds ante te: ut percutiat castra philisthim. Fecit q̄ dauid sicut p̄cepat ei ds: et percussit castra philisthim ꝺ gabaon usq; gazara. Diuulgatumq; ē nomen dauid in uniūsis regionibꝫ: et dñs dedit pauorem ei sup oēs gentes. XV

Fecit quoq; sibi domos: in ciuitate dauid. Et edificauit locum arche dei: tetenditq; ei tabernaculū. Tunc dixit dauid. Illicitū ē ut a quocumq; portetur archa dei: nisi a leuitis quos elegit dñs ad portandū eam. et ad ministrandū sibi usq; mēternū. Congregauitq; uniūsum ysrl in ihrlm. ut afferretur archa dei in locum suū quem p̄parauerat ei: necnō et filios aaron et leuitas. De filys caath: uriel princeps fuit. et frēs ei. centum uiginti. De filys merari: asaia princeps. et frēs eius. ducenti triginta. De filys gerson: iohel princeps. et frēs eius centū triginta. De filys elisaphan: semeias princeps. et frēs eius. ducenti. De filys hebron: heliel princeps. et frēs eius octogīta. De filys oziel: aminadab princeps. et frēs eius. centū duodecī.

Vocauitq; dauid sadoch & abiathar
sacdotes.et leuitas.urihel.asaia.io
hel.semeiam.elihel.et aminadab:
et dixit ad eos. Vos qui estis prin
apes familiaꝝ leuitarum.sanctificami
ni cū frībz uris: et afferte archam
dñi dei isrl ad locum qui ei prepa
ratus ē: ne ut a principio quia nō
eratis psentes percussit nos dñs.sic
et nunc fiat illicitum quid nobis
agentibz. Sanctificati sunt igr sacdo
tes et leuite: ut portarent archa
dñi dei isrl. Et tulerunt filii leui
archam dei sicut pcepat moyses
iuxta uerbum dñi: humeris suis i
nectibz. Dixitq; dauid principib
leuitarum.ut constituerent de frībz
suis cantores in organis musicoꝝ.
nablis tudelicet et lyris et cymba
lis: ut resonarent in excelsis sonitus
leticie. Constituerunt q; leuitas:
heman filiū iohel.et de frībz eius
asaph filiū barachie. De filiis uō
merari frībz eoꝝ: ethan filiū chusaie.
et cum eis frēs eoꝝ. In secdo ordine:
zachariam et ben.et iaaziel.et se
miramoth.et iahiel.et ani.et eli
ab.et baaniam.et maasiam.& ma
thathiam.et eliphalu.et macem
am et obededom.et ieiel.iantho
res. Porro cantores.eman.asaph.
et ethan.in cymbalis eneis cōcre
pantes. Zachariās aūt et iozihel.
et semiramoth.et iahiel.et ani.et
eliab.et maasias.et baanias: in
nablis archana canebant. Porro
mathathias.et eliphalu.et mace
nias.et obededom.et ieiel.et oza
ziu: in cytharis p octaua canebāt.
Sinichon. Chonenias aūt pceps
leuitarum ypherie pērat et ad panen
dam melodiam: erat quippe ualde
sapiens. Et barachias.et helchana:
ianitores arche. Porro sebenias.&
iosaphat.et nathanahel.et amasa.
et zacharias.et baanias.et eliezer.
sacerdotes clangebant tubis cora
archa dñi: et obededom.et archi
maas erant ianitores arche. Igit
dauid et omes maiores natu isrl'
et tribuni: ierunt ad deportandā
archam federis dñi de domo obede
dom.cū letitia. Cumq; adiuuisset
ds leuitas qui portabant archā
federis dñi: immolabantur septē
tauri.et septem arietes. Porro da
uid erat indutus stola byssina: et
uniuersi leuite qui portabant archā.
cantoresq; et chonenias princeps
ypherie inter cantores. Dauid aut
etiam indutus erat ephod lineo.
Vniuersiq; isrl' deducebant archam
federis dñi: in iubilo et sonitu bu
cine.et tubis.et cymbalis.& nablis.
et cytharis concrepantes. Cumq;
puenisset archa federis dñi usq;
ad ciuitatē michol filia saul pspi
ciens p fenestrā.uidit regem dauid
saltantē atq; ludentē: et despexit eū
in corde suo. XVI

Tulerunt igitur archam dei:
et constituerūt eam in medio tabna
culi qd tetenderat ei dauid: et ob
tulerunt holocausta et pacifica co
ram dño. Cumq; complesset dauid
offerens holocausta et pacifica.be

nedixit ppl'm in nõie dñi: et diuisit
unūsis p singulos à uiro usq; ad
mulierē. torram panis et partem
asse carnis bubule. et frixam oleo
similam. Constituitq; coā archa
dñi de leuitis qui ministrarēt et
recordarentur opum eius. et glifi
carent atq; laudarent dñm deū
isrl. asaph principē. et secm eius
zachariā; porro iahihel. et semi
ramoth. et iehihel. et mathathiā.
et eliab. et bana iam. et obededō.
et iehihel. sup organa psalterij et
lyras: asaph aūt ut cymbalis pso
naret. banaiam uō et iazihel sa-
dotes. canere tuba iugiter coram
archa federis dñi. In illo die: fecit
dauid pncipem ad confitendū dño
asaph. et frēs eius. Confitemini do
mino et inuocate nom eius: notas
facite in ppls adinuentiones eius.
Cantate ei et psallite ei; et narrate
omia mirabilia eius: laudate no
men scm eius. Letetur cor querenti
um dñm. Querite dñm et uirtutē
eius: querite faciem ei semp. Recor
damini mirabiliū eius quē fecit;
signor illius et iudicior oris eius:
semen isrl' serui eius. filij iacob ele
cti eius. Ipe dñs ds nr: in uniūsa
terra iudicia eius. Recordamini i
sempiternū pacti eius. sermonis quē
pcepit in mille generationes; quem
pepigit cū abraham: et iuramēti
illius cum ysaac. Et constituit illd
iacob in pceptum. et isrl' in pactū
sempiternū; dicens. tibi dabo terrā
chanaan. funiculū hereditatis uīe:
cū eēnt pauci numero. parui et co
lони eius. Et transierunt de gente
in gentē: et de regno ad ppl'm alterū.
Non dimisit quēquā calumpniari
eos: ⁊ increpauit p eis reges. Nolite
tangere xpos meos: et in pphis
meis nolite malignari. Cantate
dño omnis terra: annūciate ex die
in diem salutare eius. Narrate i
gentib; gl'am eius: in cunctis ppls
mirabilia ei. Quīm magnus dñs et
laudabilis nimis: et horribilis sup
omēs deos. Omēs enī dy ppl'or ydola:
dñs aūt celos fecit. Confessio ⁊ ma
gnificentia coram illo: fortitudo et
gaudiū in loco eius. Afferte dño fa
milie ppl'or; afferte dño gl'am ⁊ im
perium: date dño gl'am nomini eius.
Leuate sacrificiū. et uenite in con
spectu eius: et adorate dñm in deco
re scō. Cōmoueatur a facie illi' omīs
terra: ipe enim fundauit orbem im
mobilē. Letentur celi et exultet tra:
et dicant in nationib; dñs regna
bit. Tonet mare et plenitudo eius:
exultent agri et omia que in eis sō.
Tunc laudabūt ligna saltus coram
dño: quia uenit iudicare terrā. Cō
fitemini dño qm bonus. qm in eter
nū misericordia eius: et dicite. Salua
nos ds salutaris nr; et congrega nos.
et eripe de gentib; ut confiteamur
nomini tuo scō. et exultem in lau
dib; tuis. Bñdictus dñs deus
isrl' ab eterno usq; in eternū: ⁊ dicat
omnis ppls am. et ymnū deo. De
reliquit itaq; ibi coram archa fede
ris dñi asaph et frēs eius: ut mi

nistrarent in conspectu archę ugq̃ p singulos dies. et uices suas. Porro obededom et frēs eius sexagīta octo. et obededom filiū ydithum. et ozā constituit ianitores: sadoch aūt sacerdotem et frēs illius sacerdotes. coram tabernaculo dñi in excelso qđ erat in gabaon. ut offerrent holocausta dño sup altare holocausti matutis ugq̃ mane et uespe. iuxta oīa que scripta sunt in lege dñi quam p̄cepit isrl. et post eū eman et ydithū et reliquos electos unū quēq; uocabulo suo. ad confitendū dño qm̄ meriū misericordia ei: heman quoq; et ydithum canentes tuba et canentes cymbala et oīa musicoz organa. ad canendū deo. Filios aūt ydithum: erant et ipsi portarios. Reūsusq; est oīs ps̄ in domū suam: et dauid. ut benediceret etiam domui suę.

XVII

Qvm aūt habitaret dauid in domo sua: dixit ad nathan ꝓphām. Ecce ego habito in domo cedrina: archa aūt federis dñi sub pellibus est. Et ait nathan ad dauid. Omnia que in corde tuo sunt fac: ds enim tecum ē. Igitur nocte illa factus ē sermo dñi ad nathan: dicens. Vade et loquere dauid seruo meo. Hec dicit dñs. Non edificabis tu mihi domū ad habitandum. Neq; enim mansi in domo ex eo tempore quo eduxi isrl' usq; ad hanc diem: sed fui semp mutans locum tabernaculi. et in tentorio manens et omni isrl. Numqd locutus sum cuiquam iudicū isrl. quibus p̄ceperam ut pascerēt ꝓplm meū. et dixi. quare nō edificasti mihi domū cedrinam. Nunc aūt sic loqueris ad seruum meū dauid. Hec dicit dñs exercituum. Ego tuli te cum in pascuis sequerēris gregem. ut ēes dux ꝓpli mei isrl. et fui tecum quocūq; pergebas. et interfeci oīs inimicos tuos coram te. Fecīq; tibi nomen: quasi unū magnoz qui celebrantur in tra. Et dedi locum ꝓplo meo isrl. Plantabitur et habitabit in eo: et ultra nō cōmouebitur. Nec filii iniquitatis atterrent eos: sicut a principio et diebus q̃bus dedi iudices ꝓplo meo isrl. Et humiliauī omnes inimicos tuos. Annūtio tibi q̃: qđ edificaturus sit tibi dñs domū. Cumq; impleueris dies tuos. ut uadas ad patres tuos: suscitabo semen tuū post te. qđ erit de filiis tuis: et stabiliam regnū eius. Ipse edificabit mihi domū: et firmabo solium eius usq; in eternū. Ego ero ei in patrem: et ipse erit mihi in filium. Et miam meā nō auferam ab eo: sicut ablatū ab eo qui ante te fuit. Et statuam eū in domo mea. et regno meo usq; in sempiternū: et thronus eius erit firmissimus imppetuū. Iuxta oīa uerba et iuxta uisionē istam: sic locutus ē nathan dauid. Cūq; uenisset rex dauid et stetisset coram dño: dixit. Quis ego sum dñe ds. et que domus mea. ut p̄starēs mihi talia. Sed et hoc: parum uisum ē in conspectu tuo. Ideoq; locutus es sup domū

seruo tuo etiam in futurū: et fecisti me spectabilem sup oēs homines. dñe ds mūs. Quid ultra addere potest dauid cū ita glorificaueris seruū tuū. et cognouēris eū? Dñe ppter famulū tuū. iuxta cor tuum fecisti omnē magnificentiā hanc: et nota ee uoluisti uniūsa magnalia. Dñe ñ est similis tui: et ñ est alius deus absq; te. ex omnib; quos audiuim⁹ auribus nris. Quis enī est alius ut pplus tuus isrl. gens una in tra ad quā prexit ds ut liberaret et faceret pplm sibi. et magnitudine sua atq; terroib; eiceret nationes a facie ei. quā de egipto liberarat? Et posuisti pplm tuū isrl tibi in pplm usq; ineternū: et tu dñe factus es ds eius. Nunc igitur dñe. sermo quē locutus es famulo tuo et sup domū eius. confirmetur imppetuū. et fac sicut locutus es: pmaneatq; et magnificetur nomē tuum usq; in sempiternū. et dicatur. Dñs exercituum ds isrl: et domus dauid seruus eius pmanens coram eo. Tu enī dñe deus mūs reuelasti auriculam seruo tuo. ut edificares ei domū: et ideirco inuenit seruus tuus fiduciam ut oret coram te. Nunc ergo dñe. tu es ds. et locutus es ad seruum tuū tanta bñficia: et cepisti bñdicere domui serui tui. ut sit sēp coram te. Te enī dñe bñdicente: benedicta erit imperuū. XVIII

Factum est aūt post hec ut percuteret dauid philistiim. et humiliaret eos; et tolleret gethā et filias ei⁹ de manu philistiim: patere tetiq; moab. et fierent moabite serui dauid. offerentes ei munera. Eo tē pore percussit etiā dauid adadezer regem soba regionis emath: qñ do prexit ut dilataret impiū suū usq; flumen eufraten. Cepit ergo dauid mille quadrigas eius. et septem milia equitū: à uiginti milib; uiroz peditū. Subneruauitq; oēs equos curruū: exceptis centū quadrigis quas reseruauit sibi. Supuenit aūt et syrus damascenus: ut auxiliū pberet adadezer regi sobā. Sz et hui⁹ percussit dauid uigīti milia uiroz. Et posuit milites in damasco: ut syria quoq; seruiret sibi. et offerret munera. Aduenitq; eū dñs: in cunctis ad que prexerat. Tulit quoq; dauid pharetras aureas quas habuerant serui adadezer. et attulit eas in ihrlm: necnō et de thebath et chun urbib; adadezer eris plurimū. de quo fecit salomon mare eneum. et columpnas et uasa enea. Qd cum audisset thou rex emath. percussisse uniuersum dauid omnē exercitū adadezer regis sobā. misit aduram filiū suū ad regem dauid ut postularet ab eo pacem; et congratularetur ei: eo qd expugnasset et percussisset adadezer. Aduersarius quippe erat thoū: adadezer. Sz et omnia uasa aurea et argentea et enea consecrauit dauid rex dño: et argentū et aurū qd tulerat rex ex uniūsis gentib; tam de ydumea et moab et filys amon. qm de philis

rum et amalech. Abysai uero filius
sarue percussit edom in ualle salinay-
derem et octo milia: et constituit i
edom presidiu. ut seruiret ydumea da
uid. Saluauitq; dns dauid: in cun
ctis ad que proficerat. Regnauit q̄
dauid sup uniuersu isrl: et faciebat
iudiciu atq; iustitia cuncto plo suo.
Porro ioab filius sarue erat sup ex
ercitum: et iosaphat filius ahilud a
cōmentarius. Sadoch aut filius achi
tob. et achimelech filius abiathar
sacerdotes. et susa scriba: banaias q̄q;
filius ioiade sup legiones cerethi et
phelethi. Porro filii dauid: primi
ad manu regis. XIX
Accidit aut ut moreretur naas
rex filioz amon: et regnaret filius ei
p eo. Dixitq; dauid. Faciā miam
cum hanon filio naas: pcessit enī
pat eius in miam. Misitq; dauid
nuncios ad consolandum eu: sup
morte patris sui. Qui cū uenissent
in terram filioz amon ut consolarē
tur hanon: dixerunt pncipes filioz
amon ad hanon. Tu forsitan puras
q̄ dauid honoris causa in patrē tu
um. miserit qui consolarentur te: i
mmo adueris q̄ ut explorent et in
uestigent et scrutentur terrā tuam.
uenerunt ad te seruu eius. Igitur ha
non pueros dauid decaluauit et ra
sit: et pcidit tunicas eoz medias a
natibz eoz usq; ad inguna: et dimi
sit eos. Qui cū abissent. et hec man
dassent dauid. misit in occursu eoz:
grandem enī contumeliā sustinue
rant: et pcepit ut manerent in ie
richo donec crescēt barba eoz. et tunc
reuerterentur. Videntes autem filii
amon q̄ iniuriā fecissent dauid. tā
hanon q̄m reliquus pls: miserunt
mille talenta argenti ut cōducerent
sibi de mesopotamia et syria et maa
cha et de soba. currus et equites. Cō
duxerunt q̄ triginta duo milia cur
ruū: et regem maacha cū plo eius.
Qui cū uenissent: castra metati sū
e regione medaba. Filii quoq; amon
congregati de urbibz suis: uenerūt
ad bellum. Qd cū audisset dauid:
misit ioab et omnē exercitū uiroz
fortiū. Egressiq; filii amon: direxe
runt aciem iuxta portā ciuitatis.
Reges aut qui ad auxilium uene
rant: seorsum in agro steterunt. I
gitur ioab intelligens bellū ex ad
uerso et post tergum contra se fieri:
elegit uiros fortissimos de uniuerso
isrl: et direxit contra syrum. Reli
quā aut partem pli dedit sub ma
nu abysai fris sui: et direxerunt cō
tra filios amon. Dixitq;. Si uicerit
me syrus: auxilio mihi eris. Si aut su
peraueriut te filii amon: ero tibi in
presidiu. Confortare: et agamus uiri
liter p plo nro. et p urbibz dei nri.
Dns aut: qd in conspectu suo bo
num e faciat. Direxit g̃ ioab et po
pls qui cum eo erat contra syrum
ad prelu: et fugauit eos. Porro fi
lii amon uidentes q̄d fugisset sy
rus: ipi quoq; fugerunt abysai fra
trem eius: et ingressi sut ciuitatē.
Reuersusq; e etiam ioab: in ihrlm.
Videns aut syrus quod cecidisset

coram ysrl: misit nuntios. et adduxit
syrum qui erat transfluuiū. Sophat
aūt pnceps milicie adadezer: erat
dux eox. Qd' cū nunciatū fuisset
dauid congregauit unūsum ysrl'
et transiuit iordanē: uenitq; ī eos:
et direxit et adūso acie. illis cont̄
pugnantibz. Fugit autē syrus ysrl'.
Et interfecit dauid de syris septem
milia curruū. et quadragīta milia
peditū: et sophat pncipem exercit⁹.
Uidentes aūt seru adadezer se ab
illis ēe superatos. transfugerunt ad
dauid: et seruierunt ei. Noluitq;
ultra syria: auxiliū pbere filijs a
mon.

Factum ē autē XX mon.
post anni circulū eo tempore
quo solent reges ad bella pcedere.
congregauit ioab exercitum et ro
bur milicie: et uastauit terrā filioz
amon. Pretritq; et obsedit rabbā. Pa
ro dauid manebat in ihrlm. qñdo
ioab pcussit rabbā. et destruxit eā.
Tulit aūt dauid coronā melchon
de capite eius: et inuenit ī ea auri
pondo talentū. et pciosissimas gē
mas: fecitq; inde sibi dyadema.
Manubias quoq; urbis plurimas
tulit. Poplm aūt qui erat in ea e
duxit: et posuit sup eos tribulas et
trahas et ferrata carpenta tribere:
ita ut dilacerarentur et conterērent.
Sic fecit dauid cunctis urbib; filio
z amon: et reūsus ē cum oī pplo
suo in ihrlm. Post hec initum est
bellum in gazer adūsus philistheo;
in quo pcussit sobochai usathites.
ziphai de genere raphaim: et hu
miliauit eos. Aliud q̄q; bellū gestum ē
adūsus philistheos; in quo pcussit a
deodatus filī saltus leemites. frēm
goliath gethei cui hastē ligni erat
quasi liciatoruī texentiū. Sz et alt
ud bellum accidit in geth. in quo
fuit homo longissim⁹ senos habens
digitos id est simul uiginti q̄tuor:
qui et ipse de raphaim fuit stirpe
generatus. Hic blasphemauit ysrl':
et pcussit eum ionathan filī samaa
fris dauid. Hi sūt filij raphaim ī
geth: qui ceciderūt in manu dauid.
et seruoz eius. XXI

Consurrexit aūt sathan cōtra
ysrl: et incitauit dauid ut numera
ret ysrl'. Dixitq; dauid ad ioab: et
ad pncipes pplī. Ite. z numerate ysrl'
a bersabee usq; dan: et afferte mi
numerū ut sciam. Respondit⁹ io
ab. Augeat dñs pplm suū: centuplū
qm sunt. Nonne dñe mi rex. seru
tui oēs sunt? Quare hoc querit
dñs mūs. qd' in peccatū reputetur
ysrl'? Sz sermo regis magis pualu
it. Egressus q̄q; est ioab. et circuuit
ysrl' unūsum: et reūsus ē ihrlm.
Dedit⁹ dauid numerū eoz quos
circuierat. Et inuētus ē oīs nume
rus ysrl' mille milia. et centū milia
uiroz educentiū gladium: de iuda
aūt: trecenta septuagīta milia bel
latoz. Nam leui et beniamin nō nu
merauit: eo qd' inuitus seqrētur re
gis impiū. Displicuit aūt dño qd'
ussum erat: et pcussit ysrl'. Dixitq;
dauid ad dñm. Peccaui nimis: ut hoc
facerem. Obsecro. aufer impietatē

seruu tuu: quia insipienter egi. Et locutus ē dñs ad gad uidentē dauid: dicens. Vade: et loquere ad dauid: et dic ei. Hec dicit dñs. Trium tibi optionē do: unū qđ uolueris elige ut faciam tibi. Cumq; uenisset gad ad dauid: dixit ei. Hec dicit dñs. Elige qđ uolueris; aut tribus annis pestilentiā. aut tribus mensibus fugere te hostes tuos. et gladium eorū nō posse euadere: aut tribus diebus gladiū dñi et mortē uersari in terra. et angelum dñi. interficere in uniuersis finibus israel. Nunc igitur uide: quid respondeam ei qui misit me. Et dixit dauid: ad gad. Ex omni parte: me angustie premūt. Sed melius mihi est ut incidā in manus dñi; qā multe sunt miserationes eius: quā in manū hominū. Misit g̃ dñs pestilentiā in israel: et ceciderunt de israel. lxx. milia uirorū. Misit quoq; angelum in hierusalem: ut puniret eam. Cumq; puniretur; uidit dñs et misertus ē super magnitudinē mali: et imperauit angelo qui puniebat. Sufficiat: iam cessa manus tua. Porro angelus dñi: stabat iuxta aream ornan iebusei. Leuatis q; dauid oculis suis. uidit angelū dñi stantē inter celum et terrā: et euaginatū gladiū in manu ei. et extensū contra hierusalem. Et ceciderunt tam ipse qm̃ maiores natu uestiti cilicijs: pni in terrā. Dixitq; dauid ad dñm. Nonne ego sum qui iussi ut numerarentur pplūs. Ego qui peccaui: ego qui malum feci. Iste grex quid cōmerutus. Dñe dꝰ mꝰ uertatur obsecro manus tua in me et in domū patris mei: pplūs aut tuus in peccatū. Angelus aut dñi precepit gad ut diceret dauid: ut ascenderet. erigeretq; altare dño deo in area ornan iebusei. Ascendit g̃ dauid iuxta sermonē gad: quē locutus fuat ex sermone dñi. Porro ornan cū suspexisset et uidisset angelū. quatuorq; filij ei cum eo: absconderunt se. Eram eo tempe: terebat in area triticū. Igit cū uenisset dauid ad ornan. cōspexit eum ornan. et egressus et obuiam de area: et adorauit eū pnus in terrā. Dixitq; et dauid. Da mihi locum aree tue ut edificem in ea altare dño; ita ut quantū ualet argenti accipias: et cesset plaga a pplō. Dixit aut ornan ad dauid. Tolle: et faciat dñs mꝰ rex qđcumq; ei placet. Ecce et boues do in holocaustū; et tribulas in ligna: et triticū in sacrificium. Omnia libens pbeo. Dixitq; ei rex dauid. Nequaquā ita fiet: sed argentū dabo quantū ualet. Nec enim tibi auferre debeo: et sic offerre dño holocausta gratuita. Dedit g̃ dauid ornan p loco: sycelos aurī iustissimi ponderis sexcentos. Et edificauit ibi altare dño: obtulitq; holocausta et pacifica. Et inuocauit dñm: et exaudiuit eū in igne de celo. sup altare holocausti. Precepitq; dñs angelo: et conuertit gladium suū in uaginā. Primus ergo dauid uidens qđ exaudisset eum dñs in area ornan iebusei: immolauit ibi uictimas. Tabernaculum aut dñi

qđ fecerat moyses in deserto. et altare holocaustoꝝ. ea tempestate erat in excelso gabaon: et in qualuit dauid ire ad altare. ut ibi obsecraret dñm. Animo enim fuerat terroꝛe pterritus: uidens gladiū angli dñi.

XXII

liam uō pharaonis transtulit de ci
uitate dauid: in domū quam edifi
cauerat ei. Dixit enī. Non habita
bit uxor mea in domo dauid regis
isr̄l: eo ꝙd sanctificata sit. qā ingressa
est in eam archa dñi. Tūc obtulit
salomon holocaustā dño sup altā
re dñi qd exstruxerat ante p̄ticū.
ut p singulos dies offerretur in eo
uxta p̄ceptum moysi. in sabbis et
in kalendis et in festis diebz ter p
annū: id est in sollempnitate azi
moz. et in sollempnitate ebdomadaz.

et in sollempnitate tabernaculor. Et
constituit iuxta dispositionē dauid
patris sui officia sacerdotū in min
steriis suis; et leuitas i ordine suo
ut laudarent. et ministrarent coā
sacēdotib; iuxta ritum uniuscuiq; diei:
et ianitores in diuisionib; p portā
et portam. Sic enī precepat dauid:
homo dī. Nec pegressi sunt de manda
tis regis tam sacerdotes qm leuite:
et omnib; que pceperat. Et in custodiā
thesauror. oms impensas pparatas
habuit salomon: ex eo die quo fūda
ta domū dī usq; in diem quo pfecit
eam. Tunc abiit salomon in asion
gaber. et in haalath ad oram maris
rubri: que est in tra edom. Misit q
et hyram p manus seruor suor na
ues et nautas gnaros maris: et a
bierunt cū seruis salomonis i ophir.
Tulerunt; inde ad dringenta qum
quaginta talenta auri: et attule
runt ad regem salomonem. IX

Regina quoq; saba cū audisset
famā salomonis. uenit ut
temptaret eū enigmatib; in ierlm.
cū magnis opib;: et camelis qui
portabant aromata. et auri pluri
mū. gēmasq; pciosas. Cumq; ue
nisset ad salomonē: locuta ē ei que
cumq; erant in corde suo. Et expo
suit ei salomon oīa que ppositerat:
nec quicquā fuit. qd' non pspicuū
ei fecerit. Que postquā uidit sapi
entiā salomonis. et domū
quā edificauerat. necnō et cibaria
mense eius. et habitacula seruor.
et officia ministror ei. et uestimēta
eor. pincernas quoq; et uestes eor. et
uictimas quas imolabat i domo dñi:
nō erat p stupore ultra in ea spīs. Di
xitq; ad regem. Verus ē sermo quē
audieram in tra mea: de uerbis
et sapia tua. Non credebam narran
tib;: donec ipa uenissem. et uidissē
oculi mei. et pbassem uix medietatē
sapie tue fuisse narratam. Auditā
famam: uirtutib; tuis. Beati uiri
tui et beati serui tui. hi qui assis
tunt coram te in omni tempe: et au
diunt sapiam tuā. Sit dns ds tuus
bndcs: qui uoluit te ordinare sup
thronū suū. regem dñi di tui. Q'a
diligit ds isrl' et uult saluare eum
in eternū: ideirco posuit te sup eū
regem. ut facias iudicia atq; iusti
tiam. Dedit aūt regi centū uiginti
talenta auri. et aromata multa ni
mis: et gēmas pciosissimas. Non
fuerunt aromata talia: ut hec q̄
dedit regina saba regi salomoni.
Sz et serui hyram cum seruis salo
monis attulerunt auri de ophir:
et ligna thyna. et gēmas pciosis
mas. De quib; fecit rex de lignis se
ti. ut fierent thyni. gradus in domo dñi.
et in domo regia: cytharas q̄q; et
psalteria cantorib;. Nunq̄m uisa
sunt in terra iuda: ligna talia. Rex
aūt salomon dedit regine saba cun
cta que uoluit. et que postulauit:
multo plura quā attulerat ad eū.
Que reuersa: abiit in terrā suam cū
seruis suis. Erat aūt pondus auri
qd' afferebatur salomoni p singulos
annos. sexcenta sexaginta sex ta

lenta auri: excepta ea sūma quā
legati diuersaꝝ gentiū et negocia
tores afferre consueuerant. oīsq;
reges arabie. et satrape terraꝝ: qui
comportabāt aurum et argentū
salomoni. Fecit igitur rex salomō
ducentas hastas aureas de sūma
sexcentoꝝ aureoꝝ qui in singulis
hastis expandebantur: trecenta q̄
q; scuta aurea trecentoꝝ aureoꝝ.
quib; tegebantur scuta singula.
Posuitq; ea rex in armamētario:
qd erat cōstitutum nēmore. Fecit q̄q;
rex solium eburneū grande: et ues
tiuit illud auro mundissimo. Sex
quoq; gradus quib; ascendebatur
ad solium. et scabellum aureū. et
brachiola duo altrinsecus: et duos
leones stantes iuxta brachiola: et
et alios duodecim leunculos stan
tes sup sex gradus ex utraq; parte.
Non fuit tale solium: in uniuersis
regnis. Omnia q̄q; uasa conuiuii
regis erant aurea: et uasa domus
saltus lybani. ex auro purissimo.
Argentū enī: in diebꝫ illis p nichi
lo reputabatur. Siquidē et naues
regis ibant in tharsis cum seruis
hyram semel in trib; annis: et defe
rebant inde aurū et argentum. et
ebur. et simias. et pauos. Magnifi
catus ē igitur salomon sup omēs
reges terre: p diuitijs et gloria.
Oīsq; reges terraꝝ desiderabāt
uidere faciem salomonis: ut audi
rent sapiam quā dederat ds in cor
de ei. Et deferebant et munera: ua
sa argentea et aurea. et uestes et
arma. et aromata. equos et mulos
p singulos annos. Habuit q̄q; salo
mon quadraginta milia equoꝝ in
stabulis: et curruū equitumq; duo
decim milia. Constituitq; eos i ur
bib; quadrigaꝝ: et ubi erat rex in
ierlm. Exercuit etā potestatē sup
cunctos reges a flumine eufrate. usq;
ad terram philistinoꝝ: et usq; ad
terminos egipti. Tantamq; copiā
p̄buit argenti in ierlm ōsi lapidū:
et cedroꝝ tantā multitudinē uelut
sichomoꝝ que gignūtur i campestri
bꝫ. Adducebantur aut equi de egipto:
de cunctis q; regionib;. Reliqua uō
opum salomonis prioꝝ et nouissi
moꝝ scripta sunt in uerbis nathan
p̄phē. et in libris ahie silonitis. in
uisione quoq; taddo uidentis cōtra
ieroboam filiū nabath. Regnauit
aut salomon in ierlm sup omnē isrl:
quadraginta annis. Dormiuitq; ē
patrib; suis: et sepelierunt eū in
ciuitate dauid. Regnauitq; roboā
filius eius: pro eo.

X

Profectus ē autē roboam: in
sychem. Illuc enim cunctus isrl' cō
uenerat: ut constitueret eū regem.
Qd' cum audisset ieroboam filius
nabath qui erat in egipto; fugerat
quippe illuc ante salomonē: statim
reuisus ē. Vocauerūtq; eum: et uenit
cum uniuerso isrl'. Et locuti sunt ad
roboam: dicentes. Pat' tuus durif
simo iugo nos pressit; tu leuiora
impera patre tuo qui nobis impo
suit grauem seruitutē: et paululū
de onere subleua. ut seruiam' tibi.

Qui ait. Post tres dies: reuertimini ad me. Cumq; abisset ppl's; iniit consiliū cum senioribz qui stetere cōā patre eius salomone dum adhuc uiueret: dicens. Quid datis consiliū. ut respondeā ppl'o? Qui dixerunt. Si placueris ppl'o huic. et leueris eos ūbis cleūtibz: seruient tibi oī tempe. At ille reliquit consiliū senū; et cum iuuenibz tractare cepit. qui cum eo nutriti fuerant: et erant in comitatu illius. Dixitq; ad eos. Q'd uobis uidetur. ul' respondere quid debeo ppl'o huic. qui dixit mi. subleua iugum qd' imposuit nobis pat' tuus? At illi responderē ut iuuenes et nutriti cū eo in deliciis: atq; dicerē. Sic loquēris ppl'o. qui dixit tibi pater tuus aggrauauit iugū uīm. tu subleua: et sic respondebis eis. Minimus digitus mus: grossior ē lūbis patris mei. Pat' meus imposuit uobis iugum graue: et ego maius pōdus apponam. Pater mus cecidit uos flagellis: ego uō cedam uos scorpionibz. Venit g̃ Ieroboam et oīs ppl's ad roboam die tertio: sicut p̄ceperat eis. Respondit rex dura relicto consilio seniorū: locutusq; est iuxta iuuenū uoluntatē. Pat' mus graue uobis imposuit iugū: qd' ego grauē faciam. Pater mus cecidit uos flagellis: ego uō cedam uos scorpionibz. Et non acquieuit ppl'i precibz. Erat enī uoluntas dī. ut compleret sermo ei' quē locutus fuerat p manū ahie silonitis: ad Ieroboā filiū nabath. Popl's aūt uniūsus: rege dumora dicente. sic locut' est ad eum. Non ē nobis pars in dauid: neq; hereditas in filio ysai. Reuertere in tabnacula tua. isrl': tu autē pasce domū tuā dauid. Et abiit isrl' in tabnacula sua. Sup filios autem isrl' qui habitabāt i ciuitatibz iuda: regnauit roboam. Misitq; rex roboam aduram qui p̄erat tributis; et lapidauerē eū filij isrl': et mortuus ē. Porro rex roboam currū festinauit ascendere: et fugit in ierlim. Recessitq; isrl' a domo dauid: usq; ad diem hāc.

XI

Venit aūt roboam in ierlim. Et conuocauit uniūsā domū iuda et beniamin. in centū octoginta milib; electoz bellantiū: ut dimicaret contra isrl'. et conuerteret ad se regnū suū. Factusq; ē sermo dī ad semeiam hoiem dei: dicēs. Loquere ad roboam filiū salomonis regem iudā: et ad uniūsum isrl'. qui est in iuda et beniamin. Hec dicit dō. Non ascendetis neq; pugnabitis: contra frēs uōs. Reuertatur uniūsq;q; in domū suam: qa mea hoc gestum ē uoluntate. Qui cū audissent sermonē dnī. reuersi sunt: nec prexerunt contra ieroboam. Habitauit aūt roboam in ierlim. Et edificauit ciuitates muratas in iuda. et ex struxit bethleem et ethan et thecue. bethsur quoq; et sochot. et odollam. necnō et geth. et maresa. et ziph. et huram. et lachis. et azecha. saraa quoq; et ahialon. et hebron. que erant in iuda. et beniamin: ciuitates munitissimas. Cūq; clausisset

eas murus: posuit in eis principes. et
borreq; horrea: hoc ē oleī et uini. Sed
et singulis urbib; fecit armaturā
scutor et hastar: firmauitq; eas su
ma diligentia. Et impauit sup iu
dam et benamin. Sacerdotes aūt
et leuite qui erant in uniuerso isrl'.
uenerē ad eum de cunctis sedib; su
is. relinquentes suburbana ⁊ posses
siones suas: et transeuntes ad udā
et hierlim eo qđ abiecisset eos ierobo
am et posteri eius. ne sacerdotio dñi
fungerentur: qui constituit sibi
sacerdotes excelsor et demonior.
uitulor; quos fecerat. Sed et de
cunctis tribub; isrl'. quicūq; dede
rant cor suū ut quererē dñm dm
isrl': uenerunt hierlim ad īmolandū
uictimas dño dō patrum suor. Et
roborauerē regnū udā: et corobo
rauerūt roboam filiū salomonis.
p tres annos. Ambulauerē enī in
uijs dauid et salomonis: annis tā
tum tribus. Duxit aūt roboam uxo
rem maalath filiā ierimuth filij
dauid: abiahil quoq; filiam heliab
filij ysai. que pepit ei filios. ieus. et
somoriam. et zoum. Post hanc duxit
accepit maacha filiā absalon: que
pepit ei abiā. et thai. et zizā. et sa
lomith. Amauit aūt roboam ma
acha filiam absalon: sup oēs uxo
res suas et concubinas. Nā uxores
decem et octo duxerat. Cōcubinas
aūt sexaginta: et genuit uigīti et
octo filios. et sexaginta filias. Con
stituit uō in capite abiā filiū maa
chā: ducem sup oēs fres suos. Ipse
enī regem facē cogitabat. qđ sapienti
or fuit et potentior sup oēs filios ei:
et in cunctis finib; iuda et benamin.
et ī unīsis ciuitatib; munitis. Pre
buitq; eis escas plurimas: ⁊ multas
¶ Cepitq; uxores. XII
¶ Cumq; roboratū fuisset regnū
roboam et confortatum: dereliquit
legem dñi. et oīs isrl' cum eo. Anno
aūt quinto regni roboam. ascendit
sesac rex egipti in ierlim. qđ peccā
uerunt dño: cū mille ducentis cur
ribus et sexaginta milib; equitū. Nec
erat numerus uulgi qđ uenerat cū
eo ex egipto: lybies sallices et trogo
dite et ethyopes. Cepitq; ciuitates
munitissimas in iudā: et uenit usq;
in ierlim. Semeias aūt pphā ingress
est ad roboam et principes iuda. qui
congregati fuerant in ierlim. fugien
tes sesac. Dixitq; ad eos. Hec dicit dō.
Vos reliquistis me: et ego reliqui
uos in manu sesac. Consternatiq;
principes isrl' et rex: dixerūt. Justus est
dñs. Cumq; uidisset dñs qđ humi
liati essent: factus ē sermo dñi ad se
meiam. dicens. Quia humiliati sūt:
nō disperdam eos. Daboq; eis pauxil
lum auxilij: et nō stillabit furor
mis sup ierlim p manū sesac. Verū
tamen seruient ei: ut sciant distan
tiam seruitutis mee. et seruitutis
regni terrar. Recessit itaq; sesac
rex egipti ab hierlim: sublatis thesau
ris domus dñi et domus regis. Om
niaq; secum tulit: et clipeos aureos
quos fecerat salomon. Pro quib; rex
fecit eneos: et tradidit illos principib;

scutariorꝫ qui custodiebãt uestibu
lum palatij. Cumq; introiret rex
domũ dñi; uemebant scutarij & tol
lebant eos: uterumq; referebant eos
ad armamẽtariũ suum. Verumtã
qã humiliati sunt. auersa est ab eis
ira dñi: nec deleti sunt penit9. Siq
dem et in iuda: inuenta sunt opa
bona. Confortatus ẽ g9 rex roboam
in ierlim: atq; regnauit. Quadragin
ta aũ et unus annꝰ erat cũ regnare cepisset: et decem et octo ãnis
regnauit in hierlim: urbe quã elegit
dñs ut confirmaret nom suũ ibi
de cunctis tribubꝫ isrl'. Nomen aũ
matris ei: naamã ammanitis. Fecit
q; malũ: et ñ pparauit cor suũ ut
quereret dñm. Opa uo roboam p
ma et nouissima: scripta sunt in
libris semeie pphe et addo uidentis.
et diligent9 exposita. Pugnauerũtq;
adũsum se roboam et heroboã: cun
ctis diebꝫ. Et dormiuit roboam cũ
patribꝫ suis: sepultusq; ẽ in ciui
tate dauid. Et regnauit abia filꝰ
eius: pro eo. XIII

Anno octauo decimo regis hero
boam: regnauit abia sup iudam. Tri
bꝫ annis: regnauit in ierlim. Nom
q; matris eius michaia: filia uri
hel de gabaa. Et erat bellum inꝰ
abia et heroboam. Cũq; iniisset abia
certamen. et haberet bellicosissimos
uiros. et electoꝝ quadringenta mi
lia: heroboam instruxit econtra ac
iem octingenta milia uiroꝝ. qui et
ipi electi erant. et ad bella fortissimi.
Stetit igitur abia sup montem se
meron qui erat in effraim: et ait.
Audi heroboam: et oĩs isrl'. Num ig
noratis qꝺ dñs ds isrl' dederit reg
num dauid sup isrl' in sempiternum
ipi et filijs eius. in pactum salis.
Et surrexit heroboam filius nabath
seruus salomonis filij dauid: et re
bellauit contra dñm suũ. Congrega
tiq; sunt ad eũ uiri uanissimi & filij
belial: et ꝑualuerunt cõtra roboam
filiũ salomonis. Porro roboã erat
rudis et corde pauido: nec potuit
resistere eis. Nunc g9 uos dicitis qꝺ
resistere poterimus regno dñi. qꝺ pos
sidet p filios dauid: Habetisq; gñ
dem ppli multitudinẽ: atq; uitulos
aureos. quos fecit uobis heroboam
in deos. Et eiecistis sacerdotes dñi.
filios aaron leuitas: et fecistis uob
sacerdotes sicut oĩs ppli terꝝ. Qui
cunq; uenerit et initiauerit ma
nũ suam. in tauro. in bobus et in
arietibꝫ septẽ: fit sacerdos eoꝝ qui ñ
sunt dij. Nobis aũt dñs deus est:
quẽ nõ relinquim9. Sacerdotesq; mi
nistrant dño de filijs aaron: et le
uite sunt in ordine suo. Holocausta
quoq; offerunt dño p singulos dies
mane et uespe. et thimiama iuxta
legis ꝑcepta confectũ: et ꝑponũtur
panes in mensa mundissima. Lucer
nasq; aur9 nos candelabrũ aureũ et lucerne ei?
ut accendatur semp ad uespam.
Nos quoq; custodimus ꝑcepta dñi
dei nri: quẽ uos reliquistis. Ergo ĩ
exercitu nro dux ds est: et sacerdotes
eius qui clangunt tubis. & resonãt
contra uos. Filij isrl' nolite pugna

re contra dñm dñm patrū uōz: qa
nō uobis expedit. Hec illo loquente:
ieroboam retro molliebatur insidias.
Cumq; ex aduso hostiū staret: ig
norantē iudam suo ambiebat exer
citu. Respiciensq; iudas uidit in
stare bellum ex aduso et post tergū;
et clamauit ad dñm. ac sacerdotes
tubis canere cepunt: omnesq; uiri
iuda uociferati sūt. Et ecce illis uo
ciferantibz: perterruit ds ieroboā et
omnē isrl qui stabat ex aduso iudā
et abiā. Fugeruntq; filij israhel iu
dam: et tradidit eos ds in manus
eoz. Percussit q̄ eos abiā et popls ei⁹
plaga magna: et corruerūt uulne
rati ex isrl q̄ngenta milia uiroz̄
fortiū. Humiliatiq; sunt filij isrl i
tempe illo; et uehemētissime confor
tati filij iudā: eo qd̄ sperassent in
dño deo patrum suoz. Persecutus ē
aūt abiā fugientē ieroboam: et ci
uitates eius cepit bethel et filias
eius. et iesana cum filiabus suis. e
phron quoq; et filias ei⁹. Nec ua
luit ultra resistere ieroboam: in
diebz abiā. Quē percussit dñs: et
mortuus ē. Igitur abia confortato
imperio suo. accepit uxores q̄tuorde
cim: procreauitq; uiginti et duos
filios. et sedecim filias. Reliqua
sermonū abiā. uiarumq; et opum
eius: scripta sunt diligentissime
in libro prophē addo. XIIII

Dormiuit aūt abiā cū patribz
suis: et sepelierunt eum in
ciuitate dauid. Regnauitq; asa fi
lius eius p eo: in cuius diebz quieuit
terra decē annis. Fecit asa qd̄ bonū
et placitum erat in conspectu dei
sui; et subuertit altaria peregrina cult
et excelsa. et confregit statuas. lu
cosq; succidit: ac pcepit iude ut q̄re
ret dñm dm patrum suoz. et faceret
legem et uniuersa mandata. Et ab
stulit e cunctis urbibz iuda aras et
fana: et regnauit in pace. Edifica
uit quoq; urbes munitas in iudā:
qa quietus erat. et nulla temptabz
eius bella surrexerāt. pacem dño
largiente. Dixit aūt iude. Edifice
mus ciuitates istas et uallemus
muris. et roborem turribz et portis
et seris: donec a bellis quieta sunt
oia. eo qd̄ quesierim dñm dm pa
trum noz. et dederit nobis pacem
p gyrum. Edificauerūt igitur: et
nullū in extruendo impedimentū
fuit. Habuit aūt asa i exercitu suo
portantiū scuta et hastas de iuda
trecenta milia: de beniamin uero
scutariorz et sagittariorz ducenta
octoginta milia. Omēs isti: uiri for
tissimi. Egressus ē aūt contra eos
zara ethyops cū exercitu suo. decī
es centena milia. et currib; trecen
tis: et uenit usq; maresa. Porro
asa prexit obuiam; et instruxit a
ciem ad bellū. in ualle sophata q̄
est iuxta maresa: et inuocauit do
minū dñm. et ait. Dñe. non ē apud
te ulla distantia: utrū in paucis
auxilieris an in pluribz. Adiuua
nos dñe ds nr. In te enī et in tuo
nōie habentes fiduciā: uenimus
contra hanc multitudinē. Dñs

ds nr tu es: nō ꝓualeat contra te
homo. Exterruit itaq; dns ethyo
pes: coram asa et tuda. Fugeruntq;
ethyopes: et plecutus est eos asa
et pl's qui erat cum eo usq; gerar.
et ruerunt ethyopes usq; ad mēne
tionē: qua dno cedente contriti sē.
et exercitu illius ꝓlante. Tulerūt
q̄ spolia multa: et peusserunt oēs
ciuitates p circuitū gerare. Gran
dis quippe terror: cunctos inuase
rat. Et diripuerunt oēs urbes:
et multā ꝑdam asportauerē. Sed et
caulas ouiū destruentes. tulerūt
pecor infinitā multitudinē. et ca
melor: reūsiq; sunt in ierlm. XV

Azarias aūt filius oded. facto
in se spū dei. egressus est in
occursum asa: et dixit ei. Audite
me: asa et oēs tuda et beniamin.
Dns uobisc̄u: qua fuistis cum eo.
Si quesieritis eū: inuenietis. Si
aūt dereliqueritis eū: derelinquet
uos. Transibūt aūt dies multi in
isrl: absq; deo uero. et absq; sacerdote
et doctore. et absq; lege. Cumq; re
uersi fuerint in angustia sua: et ad
dnm dm isrl. et quesierint eū: re
perient eum. In illo tempe nō erit
pax egredienti et ingredienti: sed
terrores undiq; in cunctis habita
toribus terrar. Pugnabit enim gens
contra gentē. et ciuitas contra ciui
tatem: q̄a dns conturbabit eos i
omni angustia. Vos aūt confortā
mini. et nō dissoluantur manus uē:
erit enī merces opi uō. Quod cū
audisset asa uba scilicet et ꝓphiam
azarie filij oded. ꝓphē confortatus ē.
et abstulit ydola de omni tra tuda
et beniamin. et ex urbib; quas ce
pat montis effraim: et dedicauit
altare dnō. quod erat ante porticū
domus dn̄i. Congregauitq; uniuersū
tudam et beniamin: et aduenas cū
eis. de effraim et de manasse et de sy
meon. Plures enī confugerāt ad eū
ex isrl: uidentes qd dns d's illi eēt
cū eo. Cumq; uenissent ierlm mse
tertio. anno quintodecimo regni asa:
immolauerūt dno in die illa. de ma
nubys et ꝑda quam adduxerant.
boues septingentos. et arietes septē
milia. Ct intrauit ex more ad corro
borandū fedus: ut quererent dnm
dm patrū suor. in toto corde et in
tota anima sua. Siquis aūt nō que
sierit mact dnm dm isrl: moriatur
a minimo usq; ad maximū. a uiro
usq; ad mulierē. Jurauerunt itaq; dno
uoce magna in iubilo et in clangore
tube et in sonitu buccinar. oēs qui
erant in tuda: cū execratione. In
omni enī corde suo iurauerūt; et in
tota uoluntate quesierunt eum: et
inuenerūt. Prestitit q; eis dns requiē:
p circuitū. Sed et maachām matrē asa
regis. ex augusto depositit impio: eo
qd fecisset in luco simulachrū pria
pi. Qd omne contriuit: et in frusta
cōminuens. cōbussit in torrente ce
dron. Excelsa aūt: derelicta sunt in
isrl. Attamē cor asa erat ꝑfectū: cun
ctis diebus eius. Ea que uouerat pa
tri suo. et ipse intulit in domū dn̄i: ar
gentū et aurum. uasorq; diuersam

suppellectile. Bellum ů ñ fuit: usq; ad tricesimū annū regni asa. XVI

Anno aūt tricesimo sexto regni eius. ascendit baasa rex ysrl'in iudam: et muro circūdabat ramā. ut nullus posset egredi et ingredi de regno asa. Protulit aūt asa argentū et aurum de thesauris dom' dñi. & de thesauris regis: misitq; ad benadab regem syrie qui habitabat ī damasco. dicens. Fedus inter me et te est. Pat' quoq; mis et pat' tuus: habuerunt concordiā. Quā ob rem misi tibi argentū et aurum: ut rupto federe quod habes cū baasa rege ysrl' facias eum a me recedere. Quo cō perto: benadab misit pncipes exercituū suoz ad urbes ysrl'. Qui percusserunt ahyon. et dan. et abelmaim: et univsas urbes muratas nepthalim. Qd' cum audisset baasa. desitq; edificare ramā: et intermisit op' suū. Porro asa rex assumpsit univsum iudam: et tulerunt lapides de rama et ligna. que edificationi ppauerat baasa: edificauitq; ex eis gabaā et maspha. In tempore illo venit ānani pphā ad asā regē iudā: et dixit ei. Quia habuisti fiduciā in rege syrie. et nō in dño deo tuo: ideirco euasit syrie regis exercitus de manu tua. Nonne ethyopes & lybies multo plures erant quadrigis et equitib; et multitudine nimia: Quos cū dño credidisses: tradidit in manu tua. Oculi enim dñi contemplantur univsam terrā. et p bent fortitudinē hys qui corde p fecto credunt in eū. Stulte igr egisti: et ppr hoc etiā ptem tempe aduersū te bella consurgent. Iratusq; ē asa aduersus videntē: et vulsit eū mitti in neruū. Valde quippe super hoc fuit dñs indignatus: et mīsecit de pplo in tempe illo plurimos. Opera aūt asa pma et nouissima: scripta sunt in libro regum iudā. et ysrl'. Egrotauit aūt asa anno tricesimo nono regni sui. dolore pedum usq; ñtissime; et nec ī infirmitate que sua dñm: sed magis in medicoū arte confisus ē. Dormivitq; asa cū patrib; suis. et mortuus ē anno q̄ dragesimo regni sui: et sepelierūt eum ī sepulchro suo. qd' fecerat sibi ī ciuitate dauid. Posuerunt q; eū sup lectum suū plenū aromatib; et unguentis meretricys. que erant pigmentarior arte confecta: et combusserūt sup eū ambitione nimia.

Regnauit aūt iosa XVII phat filius ei' pro eo: et inualuit contra ysrl'. Constituitq; militū numeros ī cunctis urbib; iudā. que erant vallate muris; plidiaq; disposuit in terra iuda. et in ciuitatib; effraim: quas ceperat asa pat' eius. Et fuit dñs cū iosaphat. qui ambulauit in vijs dauid patris sui pmis; et ñ sperauit in baalim. sed in deo pat's sui: et preceptis illi'. et nō iuxta peccata ysrl'. Confirmauitq; dñs regnū: in manu ei'. Et dedit omnis iuda munera iosaphat: factusq; est ei infinite diuine et multa gloria. Cumq; sumpsisset cor eius audaciā

ppē uias dñi: etiā excelsa et lucos de iuda abstulit. Tertio autē anno regni sui misit de principib; suis benail. et abdiam. et zachariam. et nathanahel. et micheam ut docerent in ciuitatib; iuda: et cū eis leuitas. semeiam. et nathaniam et zabadiam. asahel quoq; et semiramoth. et ionathan. adoniamq; et tobiam. et thobadoniam leuitas. et cū eis elisama. et ioram sacerdotes. Docebātq; pariter in iuda. habentes librum legis dñi: et circuibant cunctas ciuitates iuda: atq; erudiebant ppl'm. Irruit q; timor dñi sup omnia regna terrarū que erant p gitum iuda: nec audebant bellare contra iosaphat. Sed et philistei iosaphat munera deferebant: et uectigal argenti. Arabes quoq; adducebāt pecora: arietū septem milia septingentos. et hircos totidem. Creuit g̃ iosaphat. et magnificatus ē usq; in sublime; atq; edificauit in iuda domos ad instar turrū urbes q; muratas: et multa opa pauit in urbib; iuda. Uiri quoq; bellatores et robusti erant in hierusalē: q̃z iste ē numerus p domos atq; familias singulor. In iuda princeps exercitū ednas dux: et cū eo robustissimi uiri trecenta milia. Post hunc iohannā princeps: et cū eo ducenta octoginta milia. Post istum q̃q; amasias filius zechri. consecratus dño: et cum eo ducenta milia uiror fortiū. Hunc sequebatur robustus ad pelia eliada: et cū eo tenentiū arcum et clipeum ducenta milia. Post istū etiam iosabath: et cū eo centū octoginta milia expeditor militū. Hi omēs erant ad manū regis: exceptis aliis q̃s ppo suerat in urbib; muratis. et in uniuerso iuda. XVIII

Hic igitur iosaphat diues et inclitus multū: et affinitate coniunctus ē achāb. Descenditq; post annos. ad eum: in samariā. Ad cui aduentū mactauit achab arietes et boues plurimos: et ppl'o qui uenerat cū eo. Persuasitq; illi: ut ascenderet in ramoth galaād. Dixitq; achab rex isrl': ad iosaphat regem iudā. Uenis mecū: in ramoth galaād. Cui ille respondit. Ut ego et tu. sicut ppl's tuus sic et ppl's mēs: tecūq; erimus in bello. Dixitq; iosaphat: ad regem isrl'. Consule obsecro in p̃sentiarū. sermonē dñi. Congregauit igitur rex isrl' ppl'm quadringētos uiros: et dixit ad eos. In ramoth galaād ad bellandū ire debemus; an quiescere. At illi. Ascende inquiūt: et tradet d̃s in manu regis. Dixitq; iosaphat. Numq̃d nō est hic ppheres dñi. ut ab illo etiā requiramus. Et ait rex isrl': ad iosaphat. Est unus à quo possumus querere dñi uoluntatem; sed ego odi eum: quia nō ppheta mihi bonum sed malū. omni tempe. Est autē micheas. filius iemla. Dixitq; et iosaphat. Ne loquaris rex. hoc modo. Uocauit g̃ rex isrl' unū de eunuchis: et dixit ei. Uoca cito micheam. filium iemla. Porro rex isrl' et iosaphat rex iuda. uterq; sedebat in solio suo: uestiti cultu regio. Sedebāt aūt in area

iuxta portam samarie: omnesq; pphe
tantes prophetabant coram eis. Sedechias
autem filius chanana fecit sibi cornua
ferrea: et ait. Hec dicit dns. Hys ue
tilabis syriam: donec conteras eam.
Omnesq; pphe uaticinabantur simi
liter: atq; dicebat. Ascende in ra
moth galaad. et prosperaberis: et tra
det dns eos in manu regis. Nuncius
autem qui ierat ad uocandum mycheam:
aut illi. Ecce uba omnium pphetarum:
uno ore bona annunciant regi.
Queso ꝙ te. ut sermo tuus ab eis
in dissentiat: loquarisq; prospera.
Cui respondit mycheas. Viuit
dns: quia quicquid dixerit dns
mihi. hoc loquar. Venit ergo ad regem.
Cui rex ait. Mychea. ire debemus
in ramoth galaad ad bellandum an
quiescere. Cui ille respondit. As
cende: cuncta enim prospera eue
nient: et tradentur hostes in ma
nus uras. Dixitq; rex. Iterum atq;
iterum aduro te: ut non loquaris mi
hi nisi quod uerum est in nomine dni. At il
le ait. Vidi uniuersum israel dispersum
in montibus: sicut oues absq; pasto
re. Et dixit dns. Non habent isti
dnos: reuertatur unusquisq; in do
mum suam in pace. Ait rex israel ad
iosaphat. Nonne dixi tibi. quod non
pphetaret iste mihi quicquam boni sed
ea que mala sunt. At ille. Idcirco
ait: audite uerbum dni. Vidi dnm
sedentem in solio suo: et omnem exer
citum celi assistentem ei a dextris et
a sinistris. Et dixit dns. Quis de
cipiet achab regem israel. ut ascen
dat et corruat in ramoth galaad.
Cumq; diceret unus hoc modo. et
alter alio; processit spus et stetit coram
dno: et ait. Ego decipiam eum. Cui
dns. In quo igitur decipies. At ille
respondit. Egrediar: et ero spus
mendax in ore omnium pphaꝝ eius. Di
xitq; dns. Decipies: et prualebis. Eg
redere et fac ita. Nunc igitur ecce
dedit dns spm mendacy in ore oium
pphaꝝ tuoꝝ: et dns locutus est de te
mala. Accessit autem sedechias filius
chanana. et percussit mycheem maxil
lam: et ait. Per quam uiam transiuit
spus dni a me. ut loqueretur tibi. Di
xitq; mycheas. Tu ipse uidebis in
illo die: quando ingressus fueris
cubiculum de cubiculo. ut abscondas
tis. Precepit autem rex israel: dicens.
Tollite mycheam. et ducite eum ad
amon principem ciuitatis. et ad ioas
filium amelech: et dicetis. Hec dicit
rex. Mittite hunc in carcerem: et date
ei panis modicum et aque paruulum:
donec reuertar in pace. Dixitq; my
cheas. Si reuersus fueris in pace: non
est dns locutus in me. Et ait. Au
dite oēs pli. Igitur ascenderunt
rex israel et iosaphat rex iuda: in ra
moth galaad. Dixitq; rex israel ad io
saphat. Mutabo habitum. et sic ad
pugnandum uadam: tu autem induere
uestibus tuis. Mutatoq; rex israel ha
bitu. uenit ad bellum. Rex autem syrie
precepat ducibus equitatus sui: di
cens. Ne pugneris contra minimum
aut contra maximum: nisi contra so
lum regem israel. Iraq; cum uidissent

pncipes equitat' iosaphat: dixerūt. Rex isrl' est iste. Et circumdederūt eū: dimicantes. At ille clamauit ad dominū: et auxiliatus ē ei: atq; auertit eos ab illo. Cum enī uidissent duces equitatus qđ non ēet rex isrl': reliq̄runt eū. Accidit aūt ut unus ē pl̄ō in incertū sagittā iaceret: et pcuteret regem isrl' inō ceruicem et scapulas. At ille auriga suo ait. Conuerte manū tuam. et educ me de acie: ḡa uulneratus sū. Et finita ē pugna: in die illo. Porro rex isrl' stabat in curru suo contra syros usq; ad uesperam: et mortuus ē occidente sole.

Reuersus ē aūt iosaphat rex iuda in domū suam pacifice: in ierlm. Cui occurrit iheu filius anani uidens: et ait ad eū. Impio auxiliū prebes: et hys qui oderunt dnm amicitia iungeris. Et idcirco iram quidem dni mereberis: sed bona opa inuenta sunt in te. eo qđ abstuleris lucos de terra iuda: et pparaueris cor tuū ut requireres dnm dm patrum tuor. Habitauit ḡ iosaphat: in ierlm. Rursumq; egressus ē ad pl̄m de bersabee usq; ad montē effraim: et reuocauit eos ad dnm dm patrū suor. Constituitq; iudices terre in cunctis ciuitatibus iuda munitis: p singula loca. Et pcipiens iudicibus: iudicate aiebat quid faciatis. Non enim hōis exercetis iudiciū sz dni: et quodcumq; iudicaueritis. in uos redundabit. Sit timor dni uobiscū: et cū diligentia cuncta facite. Non est enī apud dnm dm nrm iniquitas. nec pl̄onar acceptio: nec cupido muneris. In ierlm quoq; iosaphat constituit leuitas et sacerdotes et pncipes familiar ex isrl': ut iudicia et causam dni iudicarent habitatoribus ei. Preceptitq; eis: dicens. Sic agetis in timore dni fideliter: et corde pfecto. Omnē causam que uenerit ad uos frm uor qui habitant in urbibus suis inter cognationē et cognationē; ubicumq; questio ē de lege. de mandato. de ceremonijs. de iustificationibus. ostendite eis ut nō peccent in dnm: et ne ueniat ira sup uos et super patres uros. Sic g̃ agentes: nō peccabitis. Amarias aūt sacerdos et pontifex iuer: in his que ad dm pertinent pl̄idebit. Porro zabadias filius ysmahel qui ē dux in domo iuda: sup ea opa erit que ad regis officiū pertinent. Habebitisq; magistros leuitas: coram uobis. Confortamini. et agite diligenter: et erit dns uobiscū

Post hec congressi sunt filij moab et filij ammon et cū eis de ydumeis ad iosaphat: ut pugnarēt contra eum. Uenerunt; nunciū: et indicauerūt iosaphat. dicentes. Uenit contra te multitudo magna de hys locis que transmare sunt et de syria: et ecce cōstiterunt in asasonthamar que est engaddi. Iosaphat aūt timore pterritus. uersum se contulit ad rogandū dominū: et pdicauit ieiunium uniuerse iuda. Congregatusq; ē iuda ad pcandū dnm: sz et oīes de urbibus suis

uenerũ ad obsecrandũ eum. Cũq; steriſſet ioſaphat ī medio cetu iude et ihrlm in domo dñi ante atrium nouũ: ait. Dñe ds patrum nr̃or tu es ds in celo: et dñaris cunctis regnis gentiũ. In manu tua est fortitudo et potentia: nec quisq; potest tibi resistere. Nonne tu ds nr̃ interfecisti oñs habitatores terre huius coram pplo tuo isrl: et dedisti eam semini abrahã amici tui in sempiternũ? Habitauerũtq; in ea: et exstruxerũt in illa sanctuarium nõi tuo. dicentes. Si uenerint sup nos mala. gladius iudicij pestilentie et fames. stabimus coram domo hac in conspectu tuo in qua inuocatũ ē nom tuũ. et clamabim⁹ ad te in tribulationibus nr̃is: et exaudies nos saluosq; facies nos. Nunc ig ecce filij amon et moab et mons seir. p quos nõ concessisti filijs isrl ut transirent quando egrediebant de egipto. sz declinauerunt ab eis. et non interfecerũt illos: econtrario agunt. et enituntur eicere nos de possessione quã tradidisti nobis ds nr̃. Ergo nõ iudicabis eos? In nobis quidem nõ est tanta fortitudo: ut possimus huic multitudini resistere. que irruit sup nos. Sz cũ ignorem⁹ quid agere debeamus: hoc solum habemus reliqui. ut oculos nr̃os dirigam⁹ ad te. Omnis q̃ iuda stabat coram dño: cũ paruulis ⁊ uxoribus et liberis suis. Erat aũt ia zihel filius zacharie filij banaie filij therel. filij marhanie. leuites. de filijs asaph: sup quẽ factus ē sps dñi in medio turbe. Et ait. Attendite oĩs iuda. et qui habitatis in ierlm: et tu rex ioſaphat. Hec dicit dñs uobis. Nolite timere: nec paueatis hac multitudine. Non ē enim ura pugna: sz dei. Cras descendetis contra eos; ascensuri enĩ sunt per cliuũ noĩe sis: et inuenietis illos in sũmitate torrentis. qui ẽ contra solitudinem hieruhel. Non enĩ eritis uos qui dimicabitis; sz tantummõ cõfidenter state: et uidebitis auxiliũ dñi sup uos. O iuda et ihrlm nolite timere nec paueatis; cras egrediemini ob eos: et dñs erit uobiscũ. Ioſaphat g et iuda et oñs habitatores ierlm ceciderunt pni in terrã coram dño: et adorauerũt eũ. Porro leuite de filijs caath et de filijs chore: laudabãt dñm dm isrl uoce magna in excelsũ. Cumq; mane surrexissent: egressi sunt p desertum thecue. Profectisq; eis: stans ioſaphat ī medio eor dixit. Audite me iuda: et oñs habitatores ierlm. Credite in dño deo uõ: et securi eritis. Credite pphis ei: et cuncta cuenient prospera. Deditq; consiliũ pplo; et statuit cantores dñi ut laudarent eũ in turmis suis. et antecederent exercitũ: ac uoce consona dicerent. Confitemini dño: qm in eterñ misericordia eius. Cumq; cepissent laudes canere; uertit dñs insidias eor in semetipos. filior scilicet amon et moab et montis seir. qui egressi fuerant pugnare cõtra iudam: ⁊ p cussi sunt. Namq; filij amon ⁊ moab

consurrexerẽ adũsum habitatores montis seir: ut interficerent et delerẽt eos. Cumq; hoc opere perfecissent: etiam in semetipsos uersi mutuis cõcidere uulneribz. Porro iuda cũ uenisset ad speluncam que respicit solitudinẽ: uidit preul omnẽ late regionem plenã cadaueribz: nec superesse quẽquã qui necem potuisset euadẽre. Venit ḡ iosaphat et oĩs ppl's cum eo: ad detrahenda spolia mortuor. Inueneruntq; inẽ cadauera uariã supellectilem: uestes quoq; et uasa pciosissima: et diripuerunt: ita ut omnia portare nõ possent. Nec p tres dies spolia auferre p̃ prede magnitudine. Die aũt quarta congregati sunt in ualle bñdictionis. Ibi enim qm ibi bñdixerunt dño: uocauerũ locũ illum uallis bñdictionis. usq; in p̃sentẽ diem. Reuersusq; est oĩs uir iuda et habitatores ierlim. et iosaphat ante eos in ihrlim. cum leticia magna: eo qd' dedisset eis dñs gaudium de inimicis suis. Ingressiq; sũt ihrlim cũ psalteriis et cytharis et tubis: in domũ dñi. Irruit aũt pauor dñi sup uniũsa regna terr: cũ audissent qd' pugnasset dñs contra inimicos isrl'. Quieuit regnũ iosaphat: et p̃buit ei dñs pacem p circuitum. Regnauit igitur iosaphat: sup iudam. Et erat triginta quinq; annor cũ regnare cepisset: uiginti aũt et quinq; annis regnauit in ihrlim. Et nom̃ matris eius azuba: filia selachi. Et ambulauit in uia patris sui asa. nec declinauit ab ea: faciens quecũq; placita erant cor̃a dño. Verumtamẽ excelsa nõ abstulit. Et adhuc ppl's nõ direxerat cor suũ: ad dñm dm patrum suor. Reliqua aũt gestor iosaphat prior et nouissimor. scripta sunt in libris iheu filij anani: que digessit in libro regum isrl'. Post hec iniit amicitias iosaphat rex iude cũ ochozia rege isrl': cuius opa fuerũ pessima. Et participeps fuit ut facerent naues que irent in tharsis: fecerũq; classem in asiongaber. Ppliauit aũtẽ eliezer filius dodaui de mareśa. ad iosaphat: dicens. Quia habuisti fedus cum ochozia. percussit dñs opa tua. Contritiq; sunt naues. nec potuerunt ire in tharsis. XXI

Dormiuit aũt iosaphat cũ patribz suis: et sepultus ẽ cum eis in ciuitate dauid. Regnauitq; ioram filius eius: p eo. Qui habuit frẽs filios iosaphat: azariam. iahiel. et zachariam. et michael. et saphatiam. Oĩs hi: filij iosaphat. regis isrl'. Dedit q; eis pater suus multa munera auri et argenti. et pensationes: cũ ciuitatibz munitissimis in iuda. Regnũ aũt tradidit ioram: eo qd' ẽet p̃mogenitus. Surrexit aũt ioram: sup regnũ patris sui. Cumq; se confirmasset: occidit oĩs frẽs suos gladio. et quosdã de p̃ncipibz isrl'. Triginta duor annor erat ioram cũ regnare cepisset: et octo annis regnauit in ierlim. Ambulauitq; in uijs regum isrl': sicut egerat domus achab. Filia quippe

achāb: erat uxor eius. Et fecit malum in conspectu dñi. Noluit autē dñs disperdere domū dauid propter pactum qđ iniérat cū eo: et qđa p̄ miserat ut daret ei lucernā et filys eius in omni tempe. In dieb illis rebellauit edom ne eēt subdit̄ iude: et constituit sibi regē. Cumq; transisset ioram cū p̄cipibz suis et cuncto equitatu qui erat secum; surrexit nocte et percussit edom qui se circumdederat: et oēs duces equitatus ei. Attamen rebellauit edom ne eēt sub ditione iudā: usq; ad hāc diem. Eo tempe et lobna recessit: ne eēt sub manu illius. Dereliquerat enim dñm dñm patrum suor. Insup excelsa fabricatus ē in urbibz iudā: et fornicari fecit habitatores ierlm: et p̄uaricari iudam. Allata autem sunt ei littere ab helya propheta: in quib; scriptū erat. Hec dicit dñs ds dauid patris tui. Quia nō ambulasti in uys iosaphat patris tui et in uia asa regis iudā. Sed incessisti p̄ uiam regum israel: et fornicari fecisti iudā et habitatores ierlm: imitatus fornicationē domus achab. Insup et frēs tuos et domū patris tui meliores te occidisti: ecce dñs percutiet te plaga magna cū pplo tuo. et filys tuis et uxorib; tuis. et uniuersa substantia tua. Tu aūt egrotabis pessimo langore uteri: donec egrediantur uiscera tua paulatim p̄ singulos dies. Suscitauit g̃ dñs contra ioram spm̄ philistinoz. et arabum: qui confines sunt ethiopib;. Et ascenderunt in trā iudā: et uastauerūt eam. Diripueruntq; cunctā substantiā que in domo regis inuenta ē: insup et filios eius et uxores. Nec remansit ei filius nisi ioachaz: qui minim̄ natu erat. Et sup hec omnia: percussit eū dñs. alui dolore insanabili. Cumq; dies succederet dies. et tempor spacia uoluerentur. duor annor expletus ē circulus; et sic longa consumpt̄ tabe ita ut egereret etiam uiscera sua: langore parit̄ et uita caruit. Mortuus q; est in infirmitate pessima; et nō fecit ei pplūs combustionis exequias: sicut fecerat maioribz ei. Triginta duor annor fuit cū regnare cepisset: et octo annis regnauit in ierlm. Absq; debitis tamen laudibz recessit. Et sepelierunt eū in ciuitate dauid: uerūtamen nō in sepulchro regum. XXII

Constituerunt aūt habitatores ierlm ochoziam filiū eius minimū: regē p̄ eo. Oēs enim maiores natu qui ante eum fuerant: interfecerant latrones arabū. qui irruerant in castra. Regnauitq; ochozias filius ioram. regis iudā. Filius quadraginta duor annor fuit ochozias cum regnare cepisset: et uno anno regnauit in ierlm. Et nom̄ matris eius athalia: filia amri. Sed et ipe ingressus ē p̄ uiam dom̄ achāb: mater enim eius impulit eū ut ipe ageret. Fecit igitur malū in conspectu dñi: sicut domus achāb. Ipsi enim fuerunt et consiliarij post mortē patris sui: in interitu eius.

ambulauitq; in consiliis eoꝝ. Et p
rexit cū ioram filio achab rege ysrl
in bellum contra azahel regem sy
rie: in ramoth galaad. Vulneraue
runtq; syri ioram. Qui reūsus ē ut
curaretur in iezrahel: multas enī
plagas accepat in supradicto certa
mine. Igitur achazias filius ioram
rex iuda: descendit ut inuiseret io
ram filiū achab: in iezrahel egro
rantē. Voluntatis quippe fuit dei
adūsum achaziam ut ueniret ad
oram: et cū uenisset. egrederetur cū
eo aduersū iheu filium namsi. quē
unxit ds ut deleret domū achab. Cū
ergo cōteret iheu domū achab. in
uenit pncipes iuda et filios frūm
ochoziē qui ministrabant ei: et in
terfecit illos. Ipmq; pquirens ocho
ziam. comphendit latentē in sama
ria: adductumq; ad se occidit. Et se
pelierunt eū: eo qd' eēt filius iosa
phat. qui quesierat dm in toto corde
suo. Nec erat ultra spes aliqua: ut
de stirpe aliquis regnaret ochoziē.
Siquidē athalia mater eius. uidens
qd' mortuus eēt filius suus: surrexit ⁊
mōfecit omnē stirpem regiam dom⁹
oram. Porro iosabeth filia regis. tu
lit ioas filium ochoziē. et furata est
eum de medio filioꝝ regis. cū inēfi
cerentur: absconditq; eum cum nu
trice sua in cubiculo lectulorꝝ. Iosa
beth aūt que absconderat eum. erat
filia regis ioram. uxor ioiade pontī
ficis. soror ochoziē: et ideirco nō in
terfecit eū athalia. Fuit g̃ cum eis
in domo dei absconditus sex annis:
quib; regnauit athalia super tram.

Anno aūt septimo xxiii
confortatus ioiada. assumpsit
centuriones. azariam ismahelem
filiū ieroam. ieroboā. et ysmahel filiū io
hannan. azariam ꝙq; filiū obed. et
maasiam filiū adaiē. et elisaphat
filiū zechri: et iniit cū eis fedus.
Qui circūeuntes iudam. congrega
uerunt leuitas de cunctis urbibus
iudā. et pncipes familiaꝝ ysrl: uene
runtq; in ierlm. Iniit igitur omnis
multitudo pactum in domo dñi: cū
rege. Dixitq; ad eos ioiada. Ecce filⁱ
regis regnabit: sicut locutus ē dñs.
sup filios dauid. Iste est g̃ sermo:
quem facietis. Tertia pars uīm q̃
uenitis ad sabbm. sacerdotū et le
uitaꝝ et ianitoꝝ. erit in portis: tertia
uō pars ad domū regis: et tertia ad
portam que appellatur fundamti.
Omne uō reliquū mulgus sit in
atriis domus dñi: nec quisqm aliⁿ
ingrediatur domū dñi. nisi sacerdo
tes. et qui ministrant de leuitis. Ipi
tantūmodo ingrediantur qui sācti
cati sunt: et omne reliquū mulgus
obseruet custodias dñi. Leuite aūt
circumdent regē habentes singuli
arma sua; et siquis alius ingres⁹
fuīt templū interficiatur: sintq; cū
rege intrante et egrediente. Fecerūt
igitur leuite et uniūsus iuda: iux
ta omnia que pēcepat ioiada ponti
fex. Et assumpserunt singuli uiros
qui sub se erant; et uenerunt p or
dinem sabbi: cum hys qui tam in
pleuerāt sabbm. et egressi erant.

Siquidē ioiada pontifex nō dimi
serat abire turmas: que sibi p sin
gulas ebdomadas succedere cōsue
uerant. Dedit q̄ ioiada sacēdos cen
turionib; lanceas clipeosq; et pelta
regis dauid: quas consecrauerat i
domū dñi. Constituit q̄ omnē po
plm tenentiū pugiones a parte
templi dextra usq; ad partem tem
pli sinistram. coram altari & templo:
p circuitum regis. Eduxerūt q̄ fi
lium regis. et imposuerūt ei diya
dema; dederunt q̄ ei in manu eu
tenendā legem: et constituerē eum
regem. Unxit quoq; eū ioiada pon
tifex et filij eius: īpcauit q̄ sunt
et atq; dixerunt. Uiuat rex. Qd
cum audisset athalia. uocem scili
cet currentiū atq; laudantiū re
gem: ingressa ē ad plm in templū
dñi. Cumq; uidisset regē stantē
sup gradum in introitu. et principes
turmasq; circa eum. omnēq; plm
terre gaudentē atq; clangentē tu
bis. et diuersi generis organis cō
cinentē uocemq; laudantiū: scidit
uestimēta sua. et ait. Insidie. insidie.
Egressus aūt ioiada pontifex ad
centuriones et principes exercitus:
dixit eis. Educite illam extra sep
ta templi: et mactetur foris gla
dio. Precepit q̄ sacdos: ne occidere
tur in domo dñi. Et imposuerūt
crucib; eius manus. Cumq; in
trasset portam equor domus regis:
interfecerunt eam ibi. Pepigit aūt
ioiada fedus inē se uniuersumq;
plm et regem: ut esset popl's dñi.
Iraq; ingressus ē omnis ppl's domū
baal. et destruxit eam: et altaria
ac simulachra illius confregerūt.
Mathan quoq; sacdotem baal: in
terfecerunt ante aras. Constituit aū
ioiada ppositos in domo dñi. ut ib
manib; sacdotum et leuitaꝝ quos
distribuit dauid in domo dñi. offe
rent holocausta dño sicut scriptū ē
in libro moysi: in gaudio et canti
cis uxta dispositionē dauid. Cōsti
tuit quoq; ianitores in portis dñi:
ut nō ingrederet eam. immūdus i
omni re. Assumpsit q̄ centuriones
et fortissimos uiros ac principes ppli
et omne uulgus terre: et fecerunt
descendere regem de domo dñi. et
introire p medium porte superioris i
domū regis: et collocauerunt eum
in solio regali. Letatus q̄ est omis
ppl's terre: et urbs quieuit. Porro
athalia interfecta ē gladio. XXIIII

Septem annoꝝ erat ioas cum
regnare cepisset: et quadragin
ta annis regnauit in ierlm. Nom
matris eius sebia: de bersabee. Fe
cit q̄ qđ bonum erat cora dño: cun
ctis diebꝫ ioiade sacdotis. Accepit
aūt ei ioiada uxores duas: de quib
genuit filios et filias. Post que: pla
cuit ioas ut instauraret domū dñi.
Congregauit q̄ sacdotes et leuitas:
et dixit eis. Egredimini ad ciuita
tes iuda. et colligite de uniuerso isrl
pecuniā ad sarcienda templi dei
ui. p singulos annos: festinato q̄
hoc facitote. Porro leuite egere ne
glexerunt. Uocauit q̄ rex ioiadā

pncipem: et dixit ei. Quare nō fuit
tibi cure ut cogeres leuitas inferre
de iuda et de ierlm. pecuniā que con
stituta ē a moyse seruo dñi. ut in
ferret eam ois multitudo isrl in ta
bnaculū testimonij? Athalia enī
impissima et filij ei destruxerant
domū di: et de unūsis que sācta fa
cta fuerant templo dñi. ornauerat
phanū baalim. Precepit g̃ rex. et fe
cerunt archam: posuerunt q̃ eam
iuxta portam dñi forinsecus. Et p̃
dicatum ē in iuda et ierlm: ut de
ferrent singuli pecuniam dño. qđ con
stituit moyses seruus di sup omnē
isrl in deserto. Letatiq̃ sunt cuncti
pncipes et ois ppls: et ingressi in
tulerunt in archam dñi atq̃ mise
runt. ita ut implerent. Cumq̃ tem
pe ēet ut deferrent archam coā rege
p manus leuitaꝝ. uidebant enī pe
cuniam multā; ingrediebatur scri
ba legis. et quē pmus sacdos cōsti
tuerat: effundebantq̃ pecuniam
que erat in archa. Porro archā re
portabant: ad locum suū. Sicq̃ fa
ciebant: p singulos dies. Et congre
gata est infinita pecunia: quā de
derunt rex et iohada hys qui p̃erant
operib; domus dñi. Ac illi conduc
bant ex ea cesores lapidū. et artifices
opum singulorū. ut instaurarent do
mū dñi. fabros quoq; ferri et eris:
ut qđ cadere cepat fulciretur. Cge
runtq̃ hij qui operabantur indus
trie; et obducebatur parietum ci
catrix p manus eoꝝ: ac sustentaue
runt domū dñi in statū pristinū.
et firmū eam stare fecerunt. Cūq̃
complessent oīa opa; detulerūt coā
rege et iohada reliquam partē pecu
nie: de qua facta sunt uasa tēpli
in ministeriū et holocausta. phiale
quoq̃. et cetera uasa aurea et argen
tea. Et offerebantur holocausta in
domo dñi iugit̃: cunctis diebus iohā
de. Senuit autē iohada plenus dieꝝ:
et mortuus ē. cum eēt centum et tri
ginta annoꝝ. Sepelierunt q̃ eū in
ciuitate dauid cū regibus: eo qđ fecisset
bonū cum isrl. et cum deo. et cum do
mo eius. Postq̃m autē obiit iohada.
ingressi sunt pncipes iuda: et ado
rauerūt regem. Qui delinitus obse
quijs eoꝝ: acquieuit eis. Et dereli
querūt templū dñi dei patrū suoꝝ:
seruierunt q̃ lucis et sculptilibus. Et
facta ē ira contra iudam et ierlm:
pp̃ hoc peccatū. Mittebatq̃ eis p̃
pheras ut reuerterentur ad dñm: qs
p̃testantes illi. audire nolebant.
Sp̃s itaq̃ dñi induit zachariā fi
lium iohade sacdotem. et stetit in
conspectu ppli. et dixit. Hec dicit ds.
Quare transgredimini p̃ceptum
dñi qđ uobis nō. pderit. et derelin
quitis dñm ut derelinqueret uos.
Qui congregati aduersus eū: misc
runt lapides iuxta regis imperiū
in atrio domus dñi. Et non est re
cordatus rex ioas misericordie quā fece
rat iohada pater illi secum: sed in
fecit filiū eius. Qui cū moreretur:
ait. Videat dñs: et requirat. Cūq̃
euolutus eēt annus: ascendit cōtra
eum exercitus syrie. Venitq̃ in

iudam et ihrlm·et interfecit cunctos
principes ppli: atq; unuſquam pdā mi
serunt regi damascū·Et certe cum
pmodicus uenisset numerus syrorū;
tradidit dñs in manus eor infini
tam multitudinē: eo qđ dereliquis
sent dñm dm patrū suor·In roās
q; ignominiosa exercuere iudicia:
et abeuntes dimiserē eū in languo
ribus magnis. Surrexerē aūt cōtra
eum serui sui in ultionē sanguis
filior ioiade sacerdotis; et occiderūt
eū in lectulo suo: et mortuus ē. Se
pelierunt q; eū in ciuitate dauid:
sz nō in sepulchris regū. Insidiati
uō sunt ei zabath filius semath am
monitidis: et iozabath filius sema
rith moabitidis. Porro filii eius ac
sūma pecunie que adunata fuat
sub eo.et instauratio domꝰ dei: scrip
ta sunt diligentius in libro regū·

XXV

Regnauit aūt ama
sias filius ei: p eo. Viginti
quinq; annor erat amasias cū reg
nare cepisset: et uiginti nouē an
nis regnauit in ihrlm. Nom matꝝ
eius ioadan: de ihrlm. Fecit q; bonū
in conspectu dñi: uerumtam nō in
corde pfecto. Cumq; roboratū sibi
uideret imperiū: iugulauit seruos
qui occiderūt regem patrē suū. Sz
filios eor nō interfecit. sicut scriptū
ē in libro legis moysi: ubi pcepit
dñs. dicens. Non occidentur patrē
p filys; neq; filii p patribus suis: sz
unusquisq; in peccato suo morietꝰ.
Congregauit igitur amasias iudā.
et constituit eos p familias. tribu
nosq; et centuriones. in uniuſo iudā.
et beniamin: et recensuit a uiginti
annis et sursū. Inuenitq; triginta
milia iuuenū·qui egrederentur ad
pugnā: et tenerent hastā et clipe
um. Mercede q; conduxit de israel
centū milia robustor: centū talen
tis argenti. Venit aūt ad illū homo
dei: et ait. O rex: ne egrediatur tecū
exercitus isrl: Non ē enim dñs cū
isrl: et cunctis filys effraim. Qđ
si putas in robore exercitus bella cō
sistere: supari te faciet dñs ab ho
stib; Dei quippe ē adiuuare: et in
fugam uertere. Dixitq; amasias: ad
hominē dī. Quid g̃ fiet de centum
talentis. que dedi militib; isrl: Et
respondit homo dī. Habet dñs: un
de tibi dare possit multo hys plura.
Segregauit itaq; amasias exercitum
qui uenerat ad eum ex effraim: ut re
uerterētur in locū suū. At illi contra
iudam uehemēter irati: reūsi sūt in
regionē suā. Porro amasias ꝓfecto
eduxit ppl'm suū. et abiit in uallē
salinar: percussitq; filios seir. decem
milia. Et alia decem milia uiror
ceperunt filii iudā. et adduxerūt ad
ꝓruptum cuiusdam petre; precipita
uerunt q; eos de sūmo in ꝓceps: qui
uniuſi crepuerūt. At ille exercitus
quē remiserat amasias ne secum
iret ad ꝓlium; diffusus ē in ciuita
tib; iuda a samaria usq; beth oron:
et interfectis tribus milib. diripuit p
dam magnā. Amasias quoq; post
cedem ydumeor. et allatos deos fi
lior seir. statuit eos in deos sibi.

et adorabat eos: et illis adolebat in
censū. Quā obrem iratus dñs cōtra
amasiam: misit ad illum pphām. q̄
diceret ei. Cur adorasti deos. qui nō
liberauerunt ppl'm suū de manu tua.
Cum hec ille loqueretur: respondit
ei. Num consiliarius regis es? Qui
esce: ne interficiam te. Discedens q̄ p
phēta. scio inquit qđ cogitauerit
dñs occidere te. q̄a fecisti hoc malū.
et insup nō acquieuisti cōsilio meo.
Igitur amasias rex iuda inito consi
lio pessimo. misit ad ioas filiū ioa
chaz filij iheu regem isrl': dicēs. Ve
ni: iudeamus nos mutuo. At ille re
misit nuntios: dicens. Carduus q̄
est in lybano misit ad cedrum lyba
ni: dicens. Da filio meo filiam tuā
uxorem. Et ecce bestie que erant in
silua lybani transierūt: et conculcaue
runt carduū. Dixisti; percussi edom:
et idcirco erigitur cor tuū in superbiā.
Sede in domo tua. Cur malū accū
sum te prouocas. ut cadas tu et iudas
tecum? Noluit audire amasias: eo
qđ dñi esset uoluntas ut traderetur in
manus hostiū: pp̄ deos edom. Ascen
dit g̃ ioas rex isrl': et uiuos sibi p
reprehendit me cor meū: in oīb; uita
mea. Sicut impi inimicus mꝰ: et
adūsarius quasi iniquus. Que enī
spes ē ypocrite si auare rapiat: et nō
liberet dꝰ aīam eius? Numq̄d cla
morem eī dꝰ audiet: cū uenerit sup
illū angustia? Aut poterit in omīpo
tenti delectari: et inuocare deum in
omni tempe? Docebo uos p manū
dei que omꝰ habeat: nec abscondā.
Ecce uos omnes nostis: et quid sine
causa uana loquimini? Hec ē pars
hōis impy apud dm: et hereditas
violentoz quā ab omnipotente susci
pient. Si multiplicati fuerint filij ei
in gladio erunt: et nepotes eius nō sa
turabūtur pane. Qui reliqui fuerint
ex eo. sepelientur in interitu: et uidue
illius nō plorabunt. Si congregauit
quasi terrā argentū: et sicut lutum p
paraut uestimenta: ꝑparauit quidē.
sz iustus uestietur illis: et argentum
innocens diuidet. Edificauit sicut ti
nea domū suam: et sicut custos fecit
umbraculū. Dives cū dormierit: nichil
secum auferet: aperiet oculos suos: et n
chil inuenet. Apprehendet eum quasi
aqua inopia: nocte opprimet eum tem
pestas. Tollet eum uentus urens et au
feret: et uelut turbo rapiet eū de loco
suo. Emittet sup eum et non parcet:
de manu eius fugiens fugiet. Stringet
sup eum manus suas: et sibilabit sup
illum intuens locū eius. XXVIII

Habet argentū uenar suar prin
cipia: et auro locus ē in quo cō
flatur. Ferrum de tra tollitur: et la
pis solutus calore in ēs uertitur. Tem
pus posuit tenebris: et umbrosoz finē
ipe considerat lapidem q̄q caliginis
et umbrā mortis diuidit torrens a
plo pegrinante: eos quos obliuis ē
pes egentis hōis. et inuios. Terra de
qua orebatur panis: in loco suo igne
subuersa est. Locus saphiri lapides ei:
et glebe illius aurum. Semitā igno
rauit auis: nec intuitus ē oculus uul
turis. Non calcauerunt eam filij in
fultoz: nec ptransiuit p eam leena.
Ad silicem extendit manū suā: sub
uertit a radicibz montes. In petris
riuos excidit: et omne pciosum vi
dit oculus eius. Profunda quoq; flu
uioz scrutatus est: et abscondita pro
duxit in lucem. Sapientia uō ubi in
uenitur. et quis est locus intelligen
tie? Nescit homo pciū eius: nec
inuenitur in terra suauiter uiuen
tium. Abyssus dicit. non est in me:
et mare loquit. nō est mecū. Non da
bitur aurum obrizū pro ea: nec ap
penderet argentū in cōmutatione
eius. Non conferetur tinctis in in
coloribz: nec lapidi sardonico precio
sissimo uel saphiro. Non adequabit
et aurum uel uitrum: nec cōmutabi
tur p ea uasa auri excelsa et eminen
tia: non cōmemorantur in compari
one eius. Trahitur aūt sapientia de
occultis. Non adequabitur ei topazi

um de ethiopia: nec tincture mundissi
me componetur. Unde ḡ sapientia
uenit. et quis ē locus intelligentie?
Abscondita ē ab oculis omniū uuen
tiū: uolucres quoq; celi latet. Perditio
et mors: dixerunt. Auribus nris audi
uimꝰ famā eius. Deus intelligit uiā
eius: et ipse nouit locum illius. Ipse
enim fines mundi intuetur: et omnia
que sub celo sunt respicit. Qui fecit
uentis pondus: et aquas appendit
mensura. Quando ponebat pluuijs le
gem. et uiam procellis sonantibꝫ: tūc
uidit illam et enarrauit. et ꝓparauit
et inuestigauit. Et dixit homini. Ec
ce timor dñi ipse est sapia: et recedere
a malo intelligentia. XXIX

Addidit quoq; iob assumens pa
bolam suam: et dixit. Quis
mi tribuat ut sim iuxta mses pristi
nos: secm dies quibꝫ ds custodiebat
me? Quando splendebat lucerna ei
sup caput meū: et ad lumē eius ambu
labam in tenebris. Sicut fui in diebꝫ
adolescentie mee: qñdo secreto deus
erat in tabnaculo meo. Quando erat
omps mecum: et in circuitu meo pu
eri mei. Quando lauabā pedes meos
butiro: et petra fundebat mi riuos o
lei. Quando procedebam ad portam ci
uitatis: et in platea parabant cathe
dram mi. Uidebant me iuuenes et
abscondebantur: et senes assurgētes
stabant. Principes cessabant loqui: et
digitū supponebant or suo. Vocem
suam cohibebant duces: et lingua
eoꝝ gutturi suo adherebat. Auris
audiens beatificabat me: et oculus
uidens testimoniū reddebat mi: eo
qđ liberassem pauperē uociferantē. et
pupillū cui nō esset adiutor. Benedictio
perituri sup me ueniebat: et cor ui
due consolatus fui. Iustitia indutus
sum: et uestiuit me sicut uestimentum
et diademate iudicio meo. Oculus fui
ceco: et pes claudo. Pater eram pauperꝫ:
et causam quā nesciebā diligentissi
me inuestigabā. Conterebā molas
iniqui: et de dentibꝫ illi auferebam
ꝓdam. Dicebamq; in nidulo meo mo
riar; et sicut palma multiplicabo dies.
Radix mea aperta ē secus aquas: et ros
morabitur in messione mea. Gloria
mea semp innouabitur: et arcus mꝰ
in manu mea instaurabitur. Qui
me audiebāt. expectabāt sententiā:
et intenti tacebant ad consiliū meū.
Verbis meis addere nichil audebāt:
et sup illos stillabat eloquiū meū. Ex
pectabant me sicut pluuiā: et os suū
aperiebant quasi ad ymbrē serotinū.
Si quando ridebam ad eos. nō credē
bant: et lux uultus mei nō cadebat
in terram. Si uoluissem ire ad eos: se
debam primꝰ. Cumq; sederem quasi
rex. circumstante exercitu: eram tam
merentibꝰ consolator. XXX

Nunc aūt deridēt me iuniores
tempe: quoꝝ nō dignabar pa
tres ponere cū canibꝫ gregis mei. Cu
ius manus mihi erat ꝓ nichilo: et
uita ipa putabantur indigni: egestā
te et fame steriles. Qui rodebant in
solitudine squalentes calamitate et
miseria: et mandebant herbas et ar
boꝝ cortices: et radix iuniperoꝝ erat

cibus eoꝝ. Qui de conuallib⁹ ista rapi
entes. cū singula reperissent: ad ea cū
clamore current. In desertis habita
bant torrentū. et in cauernis terre: uel
sup glaream. Qui inter huiꝯmodi le
rabantur: et ē sub sentib⁹ delicias cō
parabant. Filij stultoꝝ et ignobiliū:
et in terra penitus ñ parentes. Nunc
in eoꝝ cantic⁹ conuīsus sum: et factꝰ
sum eis in puerbiū. Abhominantur me.
et longe fugiunt a me: et faciem meā
conspuere nō uerentur. Pharetrā enī
suam aperuit. et afflixit me: et frenū
posuit in os meū. Ad dexterā orientis
calamitates mee simul surrexerunt:
pedes meos subuerterunt: et oppressērūt
quasi fluctib⁹ semitas suas. Dissipa
uerunt semitas meas: insidiant mihi
ñ. et ꝓualuerunt: et ñ fuit qui ferret
auxiliū. Quasi rupto muro et aper
ta nimia irruerūt sup me: et ad meas
miserias deuoluti sunt. Reflatus sū
in nichilū. Abstulit uentus desideriū
meū: et uelut nubes ptransiit salus
mea. Nunc aūt in me metipō marcef
cit anima mea: et possident me dies
afflictionis. Nocte os meū pforatur
doloribus: et qui me comedunt nō dor
miūt. In multitudine eoꝝ consumitur
uestimentū meū: et quasi capitio tuni
ce succinxerūt me. Compatus sum
luto: et assimilatus sum fauille et ci
neri. Clamo ad te et nō exaudis me:
sto et nō respicis me. Mutatus es mihi
in crudelem: et in duricia manꝰ tue
aduersaris mihi. Eleuasti me: et quasi
sup uentū ponens. illisisti ualide. Scio
quia morti trades me: ubi cōstituta
est domus omni uiuenti. Verūtamen nō
ad consumptionē eoꝝ emittis manū
tuam: et si corruerint. ipse saluabis.
Flebam quondā sup eo qui afflictus
erat: et compatiebatur aīa mea pauꝑi.
Expectabā bona: et uenerūt mihi mala.
ꝓstolabar lucem: et eruperūt tene
bre. Interiora mea efferbuerūt absq;
ulla requie: ꝓuenerunt me dies af
flictionis. Merens incedebam: sine
furore consurgēs. in turba clamabā.
Frater fui draconū: et socius struthio
num. Cutis mea denigrata est sup
me: et ossa mea aruerunt ꝓ caumā
te. Uersa est in luctū cythara mea:
et organū meum in uocem flentū.

Pepigi fedus cum oculis meis: ut ne cogitarem
quidē de uirgine. Quā enim partē
haberet in me ds desup. et hereditatē
omps de excelsis? Nunqd ñ ꝑditio
est iniquo. et alienatio operantib⁹ ini
quitatē? Nonne ipe considerat uias
meas. et cunctos gressus meos dinu
merat? Si ambulaui in uanitate. et
festinauit in dolo pes mꝰ: appendat
me in statera iusta: et sciat ds sim
plicitatē meā. Si declinauit gressus
mꝰ de uia. si secutus ē oculus mꝰ cor
meū: et manib⁹ meis adhesit macula:
seram et alius cōmedat: et ꝓgenies
mea eradicetur. Si deceptum ē cor
meū sup mulierē. et si ad ostium a
mici mei insidiatus sum: socrūi alte
rius sit uxor mea. et sup illam incur
uentur alij. Hoc enim nefas ē: et ini
quitas maxima. Ignis est usq; ad ꝑ
ditionē deuorans: et oīa eradicans

genitrina. Si contempsi subire iudi
cium cū seruo meo et ancilla mea:
cū disceptarēt adūsum me. Quid enī
faciam cū surrexerit ad iudicandū ds.
et cū quesierit quid respondebo illi:
Numqd nō in utero fecit me qui et il
lum operatus ē. et formauit in unlua
unus. Si negabam quod uolebant
pauperib: et oculos uidue expectare fe
ci. Si comēdi buccellam meā solus. et
n̄ comedit pupillus ex ea; quia ab
infantia mea creuit mecū miseratio:
et de utero matris mee egressa ē me
cum. Si despexi p̄tereuntē eo qd' nō
haburit indumētū: et absq; operimēto
pauperē. Si nō benedixerūt michi la
tera eius. de uellerib; ouiū meay ca
lefactus ē. Si leuau sup pupillum
manū meam. etiā cū uiderem me ī
portam superiorem; humerus meus
a iunctura cadat: et brachiū meum
cū ossib; suis conteratur. Semp enī
quasi tumētes sup me fluctus timui
dn̄: et pondus eius ferre nō potui.
Si putaui aurum robur meū: et ob
rizo dixi. fiducia mea. Si letatus sū
sup diuitijs meis multis: et q̄a plu
rima reperit man̄ mea. Si uidi so
lem cū fugeret. et lunam incedentē
clare; et letatum ē in abscondito cor
meū. et osculatus sum manū meā
ore meo: que est iniquitas maxima.
et negatio contra dn̄m altissimū. Si
gauisus sum ad ruinam eī qui me
oderat: et exultaui qd' inuenisset eū
malū. Non enī dedi ad peccandum
guttur meū: ut expeterē maledictē
aīam eius. Si nō dixerunt uiri ta
bernaculi mei; quis det de carnib; eī ut
saturemur. Foris n̄ mansit peregrinus:
ostiū meū uiatoru patuit. Si abscondi
quasi homo peccatū meū: et celaui in
sinu meo iniquitatē meā. Si expaui
ad multitudinē turbā; et despectio
p̄pinquoy terruit me: et non magis
tacui. nec egressus sum ostiū. Quis
m̄ tribuat adiutorē. ut deū deret̄ me
um audiat omps. et librum scribat
ipse qui iudicat. ut in humero meo p̄
tem illū. et circūdem illum quasi co
ronam m̄. p̄ singulos gradus meos
p̄nunciabo illum: et quasi principi
offeram eū. Si adūsum me tra mea
clamat. et cum ipa sulci eī deflent.
Si fructus eius comedi absq; pecu
nia. et aīam agricolay eius afflixi:
pro frumēto oriatur m̄ tribulus. et
pro ordeo spina. XXXII

Omiserunt aūt tres uiri isti res
pondere iob: eo qd' iustus sibi uideret̄.
Et iratus indignatus q̄ est helyu
filius barachel buzites: de cognatio
ne ram. iratus ē aūt adūsum iob: eo
qd' iustum se ē diceret coram dō. Porro
adūsus amicos eī indignatus ē. eo
qd' nō inuenissent responsionē ratī
onabilem: si tantūmodo condempnas
sent iob. Igitur helyu expectauit iob
loquentē: eo qd' seniores essent qui
loq̄bantur. Cum aūt uidisset quod
respondere n̄ potuissent: iratus est
uehemēter. Respondens q̄ helyu fi
lius barachel buzites: dixit. Iuuo
sum tempe: uos aūt antiquiores. Id
circo demisso capite: ueritus sum
indicare uobis sententiam meam.

Sperabam enī qđ etas plixior loq̄
retur: et annor multitudo doceret
sapiam. Sz ut uideo. sps est in hoīb:
et inspiratio oīpotentis dat intelli
gentiā. Non sunt longeui sapientes:
nec senes intelligunt iudiciū. Ideo
dicam audite me: ostendā uobis etiā
ego sententiā meā. Expectaui enim
sermones uros. audiui prudentiam
urām. donec discepta̅retis sermonib:
et donec putabam aliquid uos dicere.
considerabā. Sz ut uideo non est qui
possit arguere iob: et respōdē ex uo
bis sermonib; ei. Ne forte dicatis in
uenim⁹ sapiam: đs proiecit eum. et nō
homo. Michi locutus ē mihi: et ego
nō secūm sermones uros respondebo
illi. Expauerūt. et nō respondert ultra:
abstulerūtq; a se eloquia. Cū igitur
expectaui et nō sunt locuti. steterunt
nec responderunt ultra; respondebo
et ego partem meā: et ostendā scien
tiam meā. Plenus sum enī sermōib:
et coartat me sps uteri mei. En uen
ter mꝰ quasi mustū absq; spiraculo:
qđ lagunculas nouas disrumpit.
Loquar. et respirabo paululū: aperiā
labia mea. et respondebo. Non accipi
am psonam uiri: et dīm hominū nō
equabo. Nescio enim quā diu subsis
tam: et si post modicum tollat me
factor meus. XXXIII

Audi igitur iob eloquia mea:
et oīs sermones meos asculta. Ecce
aperui os meū: loquetur lingua mea
in faucib; meis. Simplici corde meo
sermones mei: et sententiam labia
mea puram loquentur. Sps dī fecit
me: et spiraculū oīpotentis uiuifi
cauit me. Si potes respōde mihi: et ad
uersus faciem meā consiste. Ecce et me
sicut te fecit đs: et de eodem luto ego
quoq; formatus sū. Verūtamen miracu
lum meū nō te terreat: et eloquentia
mea nō sit tibi grauis. Dixisti ergo in
auribꝰ meis: et uocem uerboꝝ audiui.
Mundus sum ego. et absq; delicto im
maculatus: et non ē iniquitas in me.
Quia querelas in me reperit: ideo ar
bitratus ē me inimicū sibi. Posuit in
neruo pedes meos: custodiuit oīas se
mitas meas. Hoc ē ergo: in quo nō es
iustificatus. Respondebo tibi: q̄a ma
ior sit đs homine. Aduersus eum conē
dis: qđ nō ad oīa uerba respondit
tibi. Semel loquitur đs: et secundo id
ipm nō repetit. Per somnium in uisio
ne nocturna. quando irruit sopor sup
hoīes. et dormiūt in lectulo; tūc aperit
aures uiroꝝ. et erudiens eos instruit
disciplina: ut auertat hoīem ab his
que fecit. et liberet eum a superbia. eru
ens aīam eius a corruptione. et uitā
illius ut nō transeat in gladiū. Ar
repat quoq; p dolorem in lectulo: et
omnia ossa eius marcescere faciat. Ab
hominabilis ei fit in uita sua panis:
et aīe illius cibus ante desiderabilis.
Tabescet caro eius: et ossa que tecta
fuerant nudabūtur. Appropinquabit
corruptioni anima ei⁹: et uita illius
mortiferis. Si fuit pro eo angelus
loquens unus de similib; ut annū
tiet hoīs equitatē: miserebitur ei. et
dicet. Libā eum: ut nō descendat in
corruptionē. Inuenī: in quo ei ppici

er. Consumpta ẽ caro ei⁹ a supplitijs:
reuertatur ad dies adolescentie sue. De
pcabitur dñm et placabilis erit ei; et
uidebit faciem eius in ubilo: et red
det homini usticiã suam. Respiciet
hões: et dicet. Peccaui; et uere deli
qui: et ut eram dignus nõ recepi.
Liberauit enĩ aiam suam ne pgeret
in interitũ: si uiuens lucem uideret.
Cece hec oĩa opatur ds trib; uicib;
p singulos; ut reuocet animas eor
a corruptione: et illuminet in luce
uiuentiũ. Attende iob et audi me:
et tace dum ego loquor. Si autẽ ha
bes quid loquaris: responde mi. Lo
quere. Volo enim te apparere iustũ.
Qd si nõ habes. audi me: tace. et do
cebo te sapientiã. XXXIIII

Pronũcians quoq; helyu: etiã
hec locutus est. Audite sapi
entes uba mea: et eruditi assultate
me. Auris enĩ uerba pbat: et guttur
gustu escas diiudicat. Judiciũ eligã
mus nobis: et mẽ nos uideam⁹ quid
sit melius. Quia dixit iob. iustus
sum: et ds subtulit iudiciũ meũ. In
iudicando enĩ me mẽdatium est: uio
lenta sagitta mea absq; ullo peccato.
Quis ẽ uir ut est iob. qui bibit sub
sannationẽ quasi aquã. qui gradit
cum opantib; iniquitatẽ. et ambulat
cũ uiris impijs. Dixit enim. Non
placebit uiro deo: etiã si cucurrerit cũ
eo. Ideo uiri cordati audite me. Absit
a deo impietas: et ab omnipotente
iniquitas. Opus enim hõis reddet
ei: et uxta uias singulor restituet
eis. Vere enim ds nõ cõdempnabit
frustra: nec oms subuertet iudiciũ.
Quẽ constituit aliũ sup terram. aut
quẽ posuit sup orbem quẽ fabricatus
est. Si direxerit ad eum cor suum: spi
ritum illi et flatum ad se trahet. De
ficiet oĩs caro simul: et homo in ci
nerem reuertetur. Si g habes intellec
tũ. audi qd dicatur: et assculta uocem
eloquij mei. Numqd qui non amat
iudiciũ sanari potest. Et quom tu
cum qui iustus es in tantum condẽp
nas. Qui dicit rege apostata: qui uo
cat duces impios. Qui nõ accipit pso
nas pncipum. nec cognouit tyrannũ
cũ disceptaret contra paupẽ. Opus
enĩ manuũ eius: sunt uniuersi. Subi
to morientur; et in media nocte tur
babũtur pli: et pertransibunt. Et au
ferent uiolentũ: absq; manu. Oculi
enĩ eius sup uias hominũ: et oĩes
gressus eor considerat. Non sũt tene
bre; et nõ est umbra mortis: ut abscõ
dantur ibi qui operantur iniquitatẽ.
Nec; enim ultra in hõis potestate ẽ:
ut ueniat ad dm in iudiciũ. Conteret
multos et innumerabiles: et stare fa
ciet alios p eos. Novit enim opa eor:
idcirco inducet noctem. et cõterentur.
Quasi impios percussit eos in loco ui
dentiũ; qui quasi de industria recesse
runt ab eo. et oĩs uias ei⁹ intelligere
noluerunt: ut puenire facerent ad
eũ clamorẽ egeni. et audiret uocem
pauperũ. Ipso enim concedente pacem;
quis est qui condempnet. Ex quo
absconderit uultũ suum; quis est qui
contempletur eũ. Et sup gentẽ. et
sup oĩs hões. Qui regnare facit

hoīem ypocritam: ꝓpter peccata ꝑpli.
Qua ḡ ego locutus sum ad dm: re
quoq; non phibebo. Si errauī tu doce
me: si iniquitatē locutus sum: ultra
nō addam. Numqd a te ds expetit e
am. qa displicuit tibi? Tu enim ce
pisti loqui: et nō ego. Quod si quid
nosti melius: loquere. Viri intelli
gentes loquantur mi: et vir sapiens
audiat me. Job aūt stulte locutus ē:
et ūba illius nō sonant disciplinā.
Pater mi: ꝓbetur iob usq; ad finem.
Ne desinas ab homine iniquitatis:
qui addit sup peccata sua blasphe
miā. Inter nos interim constringat:
et tunc ad iudiciū ꝓuocet sermonib
suis deum. XXXV

Igitur helyu hec rursum locutus est.
Numquid equa tibi uidetur tua co
gitatio. ut diceres. iustior deo sū? Di
xisti enim. Non tibi placet qđ rectū
est. uel quid tibi ꝓderit si ego pecca
uero? Itaq; ego respondebo sermo
nib; tuis: et amicis tuis tecū. Suspi
ce celum. et intuere: et contemplare
etherea qđ altior te sit. Si peccaueris;
quid ei nocebis? Et si multiplicate
fuerint iniquitates tue; quid facies
contra eum? Porro si iuste egeris.
quid donabis ei. aut quid de manu
tua accipiet? Homini qui similis tui
est. nocebit impietas tua: et filiū hoīs
adiuuabit iustitia tua. Propē multi
tudinē calumniatoꝝ clamabunt: et
eiulabunt ꝓpter uim brachij tyran
noꝝ. Et nō dixit. ubi ē ds qui fecit me.
et qui dedit carmina in nocte; qui
docet nos sup uumēta terre: et sup
uolucres celi erudit nos. Ibi clama
bunt et nō exaudiet: ꝓpter superbiam
malorū. Non enī frustra audiet ds:
et omps singulorū causas intuebitur.
Etiam cū dixeris. nō considerat; iudi
cate coram illo: et expecta eū. Nunc
enī nō inferet furorem suū: nec ultī
ciscetur scelus ualde. Ergo iob frustra
aperit os suū: et absq; scientia uerba
multiplicat. XXXVI

Addens quoq; helyu: hec locut⁹
est. Sustine me paululū: et indica
bo tibi. Adhuc enim habeo: quid pro
deo loquar. Repetā scientiam meā
a principio: et operatorem meū ꝓbabo
iustū. Vere enim absq; mendacio ser
mones mei: et perfecta scientia ꝓbabi
tur tibi. Ds potentes nō abiicit. cum
et ipe sit potens; et nō saluat impios:
et iudicium pauperib; tribuit. Non au
fert a iusto oculos suos: et reges in so
lio collocat imperpetuū: et illic erigun
tur. Et si fuerint in catenis. et uincti
antur funib; paupertatis; indicabit
eis opa eoꝝ et scelera eoꝝ: quia uio
lenti fuerunt. Reuelabitq; aurem
eoꝝ ut corripiat: et loquetur. ut reuer
tantur ab iniquitate. Si audierint
et obseruauerint; complebunt dies
suos in bono: et annos suos in gl'ia.
Si aūt nō audierint. transibūt p gla
dium: et consumēntur in stultitia. Si
mulatores et callidi ꝓuocant iram di:
nec; clamabūt cū uincti fuerint. Mo
rietur in tempestate aīa eoꝝ: et uita
eoꝝ inter effeminatos. Eripiet paupe
rem de angustia sua: et reuelabit i
tribulatione aurem eius. Igitur sal

uabit te de ore angusto latissime: et
nō habente fundamētū subter se. Re
ques aūt mense tue: erit plena pin
guedine. Causa tua quasi impij iu
dicata ē: causam iudiciūq; recipies.
Non te ḡ superet ira ut aliquē oppp
mas: nec multitudo donoꝝ inclinet
te. Depone magnitudinē tuam absq;
tribulatione: et oīs robustos fortī
tudine. Ne ptrahas noctem: ut as
cendant populi pro eis. Caue ne decli
nes ad iniquitatē: hanc enī cepisti
sequi post miseriā. Ecce ds excelsus
in fortitudine sua: et nullus ei si
milis in legis latorib;. Quis potent
scrutari uias eius. aut quis audet
dicere. operatus es iniquitatē? Mem
to qđ ignores opus eius: de quo ce
cineruṇt uiri. Oīs hoīes uident e
um: unusquisq; intuetur procul. Ecce
ds magnus uincens scientiā nrām:
numerus annoꝝ eius inestimabilis.
Qui aufert stellas pluuie: et effun
dit ymbres ad instar gurgitum. qui
de nubib; fluunt: que pterunt cunc
ta desup. Si uoluerit extendē nubes
quasi tentoriū suū: et fulgurare lu
mine suo desup: cardines quoq; ma
ris operit. P hec enim iudicat plōs:
et dat escas multis mortalibus. In
manib; abscondit lucem: et pcipit ei
ut rursum adueniat. Annūciat de
ea amico suo. qđ possessio eius sit:
et ad eam possit ascendē. XXXVII

Super hoc expauit cor meū: et
emotum est de loco suo. Audi
te auditionē in terrore uocis eius:
et sonum de ore illius procedentem.
Subtē oīs celos ipe considerat: et lu
men illi⁹ sup terminos tre. Post eū
rugiet sonitus. Tonabit uoce mag
nitudinis sue: et nō inuestigabitur
cū audita fuerit uox eius. Tonabit
ds uoce sua mirabiliter: qui facit ma
gna et inscrutabilia. Qui precipit
niui ut descendat sup terram: et hye
mis pluuijs: et ymbri fortitudinis
sue. Qui in manu oīum hominū
signat: ut nouerint singuli opa sua.
Ingredietur bestia latibulū suum: et
in antro suo morabitur. Ab interioꝝ
egredietur tempestas: et ab arcturo
frigus. Flante deo concrescit gelu: et
rursum latissime funduntur aque. Fru
mentū desiderat nubes. et nubes spar
gunt lumen suū; que lustrant per
cursum quocumq; eas uoluntas gu
bernantis duxerit. ad omne qđ pce
perit illis sup faciem orbis terr. siue
in una tribu. siue in terra sua: siue
in quocumq; loco misericordie sue eas
iusserit inueniri. Ausculta hec iob:
sta et considera miracula dei. Num
quid scis quando preceperit ds pluuijs.
ut ostenderet lucem nubium ei? aū
quid nosti semitas nubiū magnas.
et perfectas scientias? Nonne uestimē
ta tua calida sunt. cū perflata fuerit
terra austro? Tu forsitan cum eo fa
bricatus es celos: qui solidissimi qsi
ere fusi sunt. Ostende nobis quid
dicamus illi: nos quippe inuolutī
tenebris. Quis narrabit ei que lo
quor? Etiam si locutus fuēr homo:
deuorabitur. At nunc non uident
lucem. Subito aer cogetur i nubes:

et uentus transiens fugabit eas. Ab aquilone aurū uenit: et à deo formidolosa laudatio. Digne eū inuenire nō possum. Magnus fortitudine et iudicio. et iustitia: et enarrari non potest. Ideo timebunt eū uiri: et nō audebunt contemplari oēs qui sibi uidentur ee sapientes. XXXVIII

Respondens aūt dñs iob de turbine dixit. Quis est iste inuolues sententias. sermonib; imperitis. Accinge sicut uir lumbos tuos. Interrogabo te: et responde mihi. Vbi eras quando ponebam fundamenta terre. Indica mihi: si habes intelligentiā. Q's posuit mensuras eius si nosti. uel quis tetendit sup eam lineam: Super quo bases illius solidate sunt: Aut quis demisit lapidem angulare eius: Cū me laudarent simul astra matutina: et ubilarent omnes filij dei. Q's conclusit ostijs mare quando erumpebat quasi de uulua procedens. cū ponerem nubem uestimentū eius: et caligine illud quasi pannis infantie obuoluere. Circūdedi illud terminis meis: et posui uectes et ostia. Et dixi. Huc usq; uenies; et nō procedes amplius: et hic confringes tumentes fluctus tuos. Numq̄d post ortum tuū precepisti diluculo. et ostendisti aurore locum suū: Numq̄d tenuisti concutiens extrema terre. et excussisti impios ex ea: Restituetur ut lutum signaculū: et stabit sicut uestimentum. Auferetur ab impijs lux sua: et brachiū excelsum confringetur: Numquid ingressus es profunda maris. et in nouissimis abyssi deambulasti: Numq̄d aperte sunt tibi porte mortis. et ostia tenebrosa uidisti: Numq̄d considerasti latitudinē terre: Indica mihi si nosti omia. in qua uia lux habitet. et tenebrar quis locus sit: ut ducas unūquodq; ad terminos suos: et intelligas semitas domus eius. Sciebas tunc qđ nasciturus ees. et numerū dierum tuor noueras: Numq̄d ingressus es thesauros niuis. aut thesauros grandinis aspexisti. que preparaui in tempus hostis in diem pugne. et belli: Per quā uiam spargitur lux. diuiditur estus sup terā: Quis dedit uehementissimo ymbri cursum. et uiam sonantis tonitrui. ut plueret sup terram absq; homine in deserto. ubi nullus mortaliū cōmoratur. ut impleret inuiam et desolatam. et produceret herbas uirentes: Quis est pluuie pater. uel quis genuit stillas roris: De cuius utero egressa est glacies. et gelu de celo quis genuit: In similitudinem lapidis aque durantur: et superficies abyssi constringitur. Numq̄d conjungere uales micantes stellas pliades. aut gyrum arcturi poteris dissipare: Numq̄d produces luciferum in tempore suo. et uesperum sup filios terre consurgere facies: Numq̄d nosti ordinem celi. et pones rationē eius in terra: Numq̄d eleuabis in nebula uocem tuā. et impetus aquar opplebit te: Numq̄d mittes fulgura et ibunt. et reuertentia dicent tibi. adsumus: Quis posuit in uisceribus hominis

sapiam uel quis dedit gallo intelligẽ
tiam? Quis enarrabit celoꝝ rationẽ.
et contentũ celi quis dormire faciet?
Quando fundabatur pulus in tra
et glebe compingebantur? Numqd
capies leene pdam. et aiam catulor
eius implebis. quando cubant in an
tris. et in spẽcubꝫ insidiantur? Qs
parat coruo escam suam. quando
pulli eius ad eum clamant uagan
tes eo quod nõ habeant cibos.

XXXIX


Numquid nosti
tempus partus ibicum in
petris. uel parientes cetuas obser
uasti? Dinumerasti mẽses cõceptus
eaꝝ. et scisti tempus partus eaꝝ?
Incuruantur ad fetum. et parium.
et rugitus emittunt. Sepantur filii
eaꝝ; et pgunt ad pastum. egrediun
tur et nõ reũtuntur ad eas. Quis di
misit onagrũ liberũ. et uincula eius
quis soluit? Cui dedi in solitudine
domũ. et tabnaculũ in terra salsugi
nis. Contempsit multitudinẽ ciui
tatis. clamorẽ exactoris nõ audit. Cir
cumspicit montes pascue sue. et u
rentia quecꝫ pquirit. Numqd uolet
rinoceros seruire tibi. aut morabitur
ad psepe tuũ? Numqd alligabis ri
nocerota ad arandũ loro tuo. aut cõ
fringet glebas uallium post te? Nu
quid fiduciam habebis in magna
fortitudine eius. et derelinques ei
labores tuos? Numqd credes ei qđ
reddat sementẽ tibi. et aream tuã
congreget? Penna structionis simi
lis est pennis herodij et accipitris.
que dereliquit in tra oua sua. Tu
forsitan in puluere calefacies ea? Ob
liuiscitur qđ pes conculcet ea. aut
bestia agri conterat. Duratur ad filios
suos. quasi nõ sint sui. Frustra labo
rauit. nullo timore cogente. Priuauit
enim eam ds sapientia. nec dedit ei
intelligentiã. Cum fuit tempus in
altum alas erigit. deridet equũ et
ascensorẽ eius. Numqd pbebis equo
fortitudinẽ. aut circumdabis collo ei
hinnitũ? Numqd suscitabis eũ quasi
locustas? Gloria narium eius. terror.
Terrã ungula fodit. exultat audacter.
in occursum pgit armatis. Cõtemp
nit pauorẽ. nec cedit gladio. Super
ipm sonabit pharetra. fulgurabit has
ta et clipeus. Feruens et fremens
sorbet terrã. nec reputat tube sona
re clangorẽ. Ubi audierit bucinã.
dicet. Vah. Procul odoratur bellum.
exhortationẽ ducum. et ululatũ exer
citus. Numqd p sapiam tuã plumescat
accipiter. expandens alas suas ad
austrum? Numqd ad pceptum tuũ
eleuabitur aquila. et in arduis ponet
nidum suũ? In petris manet. et in
pruptis silicibꝫ cõmoratur. atqꝫ ibi
cessis rupibꝫ. Inde cõtemplatur escã.
et delonge oculi ei pspiciunt. Pulli
eius lambũt sanguinẽ. et ubicumqꝫ
cadauer fuerit. statim adest. Et adie
cit dns. et locutus ẽ ad iob. Numqd
qui contendit cũ deo. tam facile con
quiescat? Iniqꝫ qui arguit dm. de
bet respondere et. Respondens aũt
iob dño. dixit. Quia leuiter locutus
sum. respondere quid possũ? Manũ
meã ponam sup os meũ. Unum lo

cutis suum qđ utinam nō dixissem;
et alterū: quibꝫ ultra non addam.
Respondens aūt dñs XL
Iob de turbine: dixit. Accinge
sicut uir lumbos tuos. Interrogabo
te: et indica mi. Numqđ irritum fa
cies iudiciū meū. et condemnabis
me ut iustificeris? Si habes brachi
um sicut ds. et uoce simili tonas: cir
cumda tibi decorem. et in sublime
erigere. et esto glōsus: et speciosis in
duere uestibꝫ. Dispge superbos in
furore tuo: et respiciens. omnē ar
rogantē humilia. Respice cunctos
superbos. et confunde eos: et cōtere
impios in loco suo. Absconde eos in
puluere simul: et facies eoꝝ demerge
in foueam. et ego confitebor: qđ sal
uare te possit dextera tua. Ecce bee
moth quem feci tecum: fenū quasi
bos cōmedet. Fortitudo eī in lumbis
eius: et uirtus illius in umbilico uē
tris eī. Stringit caudam suā quasi
cedrum: nerui testiculoꝝ eī pplexi sr.
Ossa eius quasi fistule eris: carnillā
go illī quasi lamine ferree. Ipse pīn
cipium ē uiaꝝ dei. Qui fecit eum: ap
plicabit gladiū eius. Huic montes
herbas ferunt: oīs bestie agri ibi
ludunt. Sub umbra dormit: i secre
to cālami: in locis humentibꝫ. Prote
gunt umbre umbrā eius: et circum
dabunt eū salices torrentis. Ecce ab
sorbebit fluuiū et nō mirabitur: et
habet fiduciā qđ influat iordanis
in os eius. In oculis eī quasi hamo
capiet eum: et in sudibꝫ perforabit
nares eius. An extrahere poteris le
uiathan hamo. et fune ligabis lin
guam eius? Numqđ pones circulū
in narib; eī. aut armilla perforabis
maxillā eius? Numqđ multiplicabit
ad te pces. aut loqtur tibi mollia? Nū
quid feriet tecū pactum. et accipies
eum seruū sempiternū? Numqđ il
ludes ei quasi auī. aut ligabis eum
ancillis tuis? Concident illū amici:
diuident illū negociatores. Numqđ
implebis sagenas pelle eius. et cur
gustiū piscium capite illius? Pones
sup eum manū tuam: memento belli:
nec ultra addas loqui. Ecce spes eius
frustrabitur eū: et uidentibꝫ cunctis
precipitabitur. XLI
Non quasi crudelis suscitabo
eum. Quis eī potest resistere uultui
meo? Quis ante dedit mi ut reddam
ei? Omnia que sub celo sunt mea sūt.
Non parcam ei ubis potentibꝫ: et ad
depcandū compositus. Quis reuela
bit faciem indumēti eius. et in mediū
oris eius quis intrabit? Portas uul
tus eī quis aperit? Per gyrum dentiū
eius formido. Corpus eius ēqsi scuta
fusilia: compactū squamis sese pre
mentibꝫ. Una uni cōiungitur: et nec
spiraculū quidē incedit per eas. Una
alteri adherebit: et tenentes se neq;
separabuntur. Sternutatio eī splendor
ignis: et oculi eī ut palpebre diluculi.
De ore eius lampades procedunt: sicut
tede ignis accense. De naribus eius p
cedit fumus: sicut olle succense atq;
feruentis. Halitus eī prunas arden
re facit: et flāma de ore eī egreditur.
In collo eius morabitur fortitudo:

et faciem eī p̄cedet egestas. Membra carnū eius: cohærentia sibi. Mittet contra eū fulmina: et ad locum alū nō ferentur. Cor eius indurabitur quasi lapis: et stringetur quasi malleatoris incus. Cum sublatus fuerit. timebunt angeli: et territi purgabūtur. Cum apprehenderit eum gladius: sublistere nō poterit neq; hasta neq; thorax. Reputabit enim quasi paleas ferrum: et quasi lignū putridū es. Non fugabit eum vir sagittarius: in stipulā uersi sunt ei lapides fun de. Quasi stipulā estimabit malleum: et deridebit vibrantē hastam. Sub ipo erunt radij solis: sternet sibi aurū quasi lutum. Feruescere faciet quasi ollam profundū mare: et ponet quasi cū unguenta bullunt. Post eum lucebit semita: estimabit abyssum quasi senescentē. Non ē sup terrā potestas que comparetur ei: qui factus ē ut nullum timeret. Omne sublime uidet: ipe est rex sup uniuersos filios superbie.

Respondens aūt iob dño: dixit. Scio quia omnia potes: et nulla te latet cogitatio. Quis ē iste. qui celat consiliū absq; scientia? Ideo insipienter locutus sum: et que ultra modū excederent scientiā meā. Audi et ego loquar: interrogabo te et respondebis mihi. Auditu auris audiui te: nunc autē oculus mꝰ uidet te. Idcirco ipe me reprehendo: et ago penitentiam in fauilla et cinere. Postq̄m autē dō locutus ē uerba hec ad iob: dixit ad eliphaz themanitem. Iratus est furor mꝰ in te. et in duos amicos tuos: qm̄ nō locuti estis coram me rectū. sicut seruus mꝰ iob. Sumite g̃ uobis septem tauros. et septē arietes: et ite ad seruū meū iob: et offerte holocaustū p uobis. Job aūt seruus mꝰ: orabit pro uobis. Faciē eius suscipiam: ut nō uobis imputet stultitia. Neq; enim locuti estis coram me rectum: sicut seruus mꝰ iob. Abierunt g̃ eliphaz themanites. et baldad suites. et sophar naamathites: et fecerunt sicut locutus fuerat ad eos dñs. Et suscepit dñs faciem iob. Dñs quoq; conuersus est ad penitentiā iob: cum oraret ipe p suis amicis. Et addidit quoq; dñs omnia quecumq; fuerant iob: dupliciā. Venerunt aūt ad eum oēs frēs sui. et uniuse sorores sue. et cuncti qui nouerant eū prius: et comederunt cū eo panes in domo eius: et mouerūt sup eum caput. Et consolati sunt eum sup omni malo qđ intulerat dñs super eū. Et dederunt ei unusquisq; ouem unam: et inaurē unā auream. Dñs aūt bñdixit nouissimis iob: magis quā principio eius. Et facta sunt ei quatuordecim milia ouiū: et sex milia camelorū: et mille iuga boum. et mille asine. Et fuerunt ei septem filij: et tres filie. Et uocauit nom̃ unius diem: et nom̃ secūde cassiam: et nom̃ tertie cornustybij. Non sunt aūt inuente mulieres speciose sicut filie iob: in uniuersa terra. Deditq; eis pater

suus hereditatem: inter frēs eay.
Vixit autē iob post hec centum
quadraginta annis: et uidit filios
suos. et filios filioz suoz usq; ad
quartam generationem. Et mor
tuus est senex: et plenus dierum.
Explicit liber iob.



Incipit ꝓlog⁹ in libꝫ salomonis.

Chromatio et heliodoro epis: ieronimus salutem. Jungat epistola quos iungit sacerdotium: immo carta non diuidat quos xpi nectit amor. Cōmentarios. in oseē. amos. zachariam. et malachiam quos poscitis. scripsissem: si licuisset p̄ ualitudine. Aut ritus solatia sumptuū. notarios nr̄os et librarios sustentantes: ut uobis potissimū nr̄m desudet ingenium. Et ecce ex latere freq̄ns turba. diuersa poscentiū. quasi aut equū sit. me uobis eluctanti: aby etiam laborare aliis: aut in ratione dati et accepti. cuiq̄m p̄ter uos obnoxius sim. Itaq; longa egrotatione fractus. ne pentus hoc anno retinerem. et apud uos mutus eem. triduū opus. nomine uō consecraui. interpretationē iudelicet trium salomonis uoluminū: masloth. quod hebrei parabolas. uulgata editio. puerbia uocat. coeleth. qđ grece ecclesiasten. latine contionatorem possimus dicere: syraticum. qđ in lingua nr̄a uertitur. canticū canticoꝝ. Fertur et panarethos. ihū filij syrach liber: et aliꝰ pseudographus. cui sapientia salomonis inscribitur. Quorū priorem. hebraicum reperi: nō ecclesiasticum ut apud latinos. licz parabolas p̄notatum: cui uicinerant ecclastes et canticū cantiꝰ. ut similitudinē salomonis. non solum numero liboꝝ. sz etiā materiaꝝ genere coequaret. Secundus apud hebreos nullus quā est. quia et ipē stilus grecam eloquentiam redoleꝛ: et n̄ nulli scriptoꝝ ueterū. hunc ee iudei philonis affirmant. Sicut ergo iudith et thobiam et machabeoꝝ libros. legit quidem eos ecclia. sz inter canonicas scripturas nō recipit: sic et hec duo uolumina legit ad edificationē plebis. nō ad auctoritatem ecclasticoꝝ dogmatū confirmandā. Sicut sane septuaginta interpretū magis editio placet: habet eam. a nobis olim emendatam. Nec enī sic noua cudimus: ut uetera destruamus. Et tamen cū diligentissime legerit: sciat magis nr̄a scripta intelligi. que non in terentium uas transfusa coacuerit: sed statim de prelo. purissime cōmendata teste. suum saporem seruauerint. Explicit prologus. Incipiunt prouerbia salomonis.

Parabole salomonis filij dauid regis isrl. ad sciendam sapiam et disciplinam. ad intelligenda uerba prudentie et suscipiendam eruditionē doctrine. iustitiam et iudiciū et equitatem: ut detur paruulis astucia. adolescenti scientia et intellectus.

Audiens sapiens sapientior erit: et intelligens. gubernacula possidebit. Animaduertet parabolā et interpr̄tationē: uerba sapientium et enigmata eor. Timor domini: principiū sapientie. Sapientiam atq; doctrinā: stulti despiciunt. Audi fili mi disciplinam patris tui; et ne dimittas legem matris tue: ut addatur gratia capiti tuo. et torques collo tuo. Fili mi. si te lactauerint peccatores: ne acquiescas eis. Si dixerint. ueni nobiscū. insidiemur sanguini. abscondamus tendiculas contra insontem frustra. deglutiamus eum sicut infernus uiuentē et integrū. quasi descendentē in lacum; omnē preciosam substantiā reperiemus. implebimus domos nr̄as spolys. sortem mitte nobiscū. marsupiū sit unū omniū nr̄m: fili mi ne ambules cū eis. Prohibe pedem tuū a semitis eor. Pedes enim illor ad malū currunt: et festinant ut effundant sanguinem. Frustra autē iacitur rete: ante oculos pennator. Ipsi quoq; cōtra sanguinē suum insidiantur: et moliuntur fraudes contra aīas suas. Sic semite omnis auari: animas possidentium rapiunt. Sapīa foris predicat: in plateis dat uocem suam. In capite turbarū clamitat; in foribus portar urbis profert uerba sua: dicens. Usq; quo paruuli diligitis infantiā. et stulti ea que sibi sunt noxia cupient; et imprudentes odibunt scientiam? Conuertimini ad correptionē meam. En proferam uobis spīm meū: et ostendā uerba mea. Quia uocaui. et renuistis: extendi manū meam. et nō fuit qui aspiceret. Despexistis omne consiliū meū: et increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu ur̄o ridebo. et subsannabo cū uobis id quod timebatis aduenerit; cum irruerit repentina calamitas. et interitus quasi tempestas ingruerit: cūdo uenerit sup uos tribulatio et angustia. Tunc inuocabūt me et non exaudiam; mane consurgent et nō inuenient me. eo quod exosam habuerint disciplinam. et timorem dñi nō susceperint. nec acquieuerint consilio meo: et detraxerint unū se correptioni mee. Comedent igitur fructus uie sue: suisq; consiliis saturabuntur. Auersio paruulor interficiet eos: et prosperitas stultor perdet illos. Qui autē me audierit. absq; terrore requiescet: et habundantia pfruetur. timore malor sublato.

Fili mi si susceperis sermones meos. et mandata mea absconderis penes te. ut audiat sapīam auris tua: inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiā. Si enī sapīam inuocaueris. et inclinaueris cor tuū prudentie; si quesieris eam quasi pecuniam. et sicut

thesauros effoderis illam: tūc intelliges timorem dñi. et scientiam dei inuenies. Quia dñs dat sapientiam: et ex ore eius scientia et prudentia. Custodiet rectoꝝ salutem; et proteget gradientes simpliciter: seruans semitas iustitiae. et uias ꝑ scōꝝ custodiens. Tunc intelliges iustitiam et iudiciū. et equitatem: et omnē semitā bonā. Si intrauerit sapientia cor tuū. et scientia animae tuae placuerit: consiliū custodiet te et prudentia seruabit te. ut eruaris a uia mala et ab homine qui peruersa loquitur; qui relinquunt iter rectum et ambulant ꝑ uias tenebrosas. qui letantur cum male fecerint et exultant in rebꝫ pessimis. quoꝝ uiae peruersae et infames gressus eoꝝ: ut eruaris a muliere aliena. & ab extranea que mollit sermones suos. et relinquit ducem pubertatis suae. et pacti dei sui oblita est. Inclinata est enī ad mortē domus eius: et ad inferos semite ipsius. Oēs qui ingrediuntur ad eam nō reuertentur: nec apprehendent semitas uitae. Vt ambules in uia bona: et calles iustoꝝ custodias. Qui enī recti sūt habitabunt in terra: et simplices ꝑmanebunt in ea. Impij uero de terra ꝑdentur: & qui inique agunt auferentur ex ea.

Fili mi ne obliuiscaris legis meae: et precepta mea cor tuum custodiat. Longitudinem enī dierꝫ et annos uitae. et pacem: apponent tibi. Misericordia et ueritas: non te deserant. Circūda eas gutturi tuo; et describe illas tabulis cordis tui: et inuenies gratiam et disciplinā bonam. coram deo et hominibꝫ. Habe fiduciam in dño ex toto corde tuo: et ne inuitaris prudentiae tuae. In omnibꝫ uiis tuis cogita illum: et ipse diriget gressus tuos. Ne sis sapiens apud te metipm. Time dñm: et recede a malo. Sanitas quippe inbilico tuo erit: et irrigatio ossium tuoꝝ. Honora dñm de tua substantia. et de ꝓmicijs omniū frugum tuarū; et implebūtur horrea tua saturitate: et uino torcularia redundabunt. Disciplinā dñi fili mi ne abicias: ne deficias cum ab eo corripieris. Quē enī diligit dñs corripit: et quasi pater in filio complacet sibi. Beatus homo qui inuenit sapiam: et qui affluit prudentia. Melioꝝ est acquisitio eius negociatione auri & argenti: primi et purissimi. Fructus eius pretiosioꝝ est cunctis opibꝫ: & omnia quae desiderantur. huic non ualent comparari. Longitudo dierum in dextera eius: et in sinistra illius diuitiae et gla. Viae eius uiae pulchrae: et omnes semitae illius pacifice. Lignū uitae est hijs qui apprehenderint eam: et q̄ tenuerit eam beatus. Dñs sapientia fundauit terrā: stabiliuit celos prudentia. Sapia illius eruperunt abyssi: et nubes rore concrescunt.

fili mi: ne effluant hec ab oculis tuis. Custodi legem atq; consiliū: et erit uita anime tue. et gratia faucibz tuis. Tunc ambulabis fiducialiter in uia tua: et pes tuus nō impinget. Si dormieris non timebis: quiesces. et suauis erit somnus tuus. Ne paueas repentino terrore: et irruentes tibi potentias impioz. Dñs enī erit in latere tuo: et custodiet pedem tuum ne capiaris. Noli prohibere bene facere eum qui potest: si uales et ipse benefac. Ne ducas amico tuo uade et reuertere et cras dabo tibi: cum statim possis dare. Ne moliaris amico tuo malum: cū ille in te habeat fiduciam. Ne contendas aduersus hōiem frustra: cum ipse tibi nichil mali fecerit. Ne emuleris hōiem iniustū; nec imiteris uias eius: quia abhominatio dñi est omnis illusor. et cū simplicibz sermocinatio eius. Cgestas a dño in domo impij: habitacula eōꝝ iustoz bñdicentur. Ipe deludet illusores: et mansuetis dabit grām. Gloriam sapientes possidebunt: stultoz exaltatio ignominia.

Audite filij disciplinā patris: et attendite ut sciatis prudentiam. Donū bonū tribuam uobis: legem meā ne derelinquatis. Nam et ego fui filius patris mei tenellus. et unigenitus cōā matre mea: et docebat me atq; dicebat. Suscipiat uerba mea cor tuū: custodi precepta mea et uiues. Posside sapientiam. possidē prudentiā: ne obliuiscaris neq; declines a uerbis oris mei. Ne dimittas eam et custodiet te: dilige eam et seruabit te. Principiū sapientie possidē sapiam: et in omni possessione tua acquire prudentiam. Arripe illam et exaltabit te: et glorificaberis ab ea. cū eam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmenta grārum: et corona inclita proteget te. Audi fili mi et suscipe uerba mea: et multiplicentur tibi anni uite. Viam sapientie monstrabo tibi; deducam te p semitas equitatis: quas cum ingressus fueris nō arctabuntur gressus tui. et currens nō habebis offendiculū. Tene disciplinā. ne dimittas eam: custodi illam. quia illa est uita tua. Ne delecteris in semitis impioz: nec tibi placeat malox uia. Fuge ab ea. ne transeas p illam: declina. et desere eam. Non enim dormiunt nisi male fecerint: nec capitur somnus ab eis. nisi supplantauerint. Comedunt panē impietatis: et uinū iniquitatis bibunt. Justoz aūt semita quasi lux splendens procedit: et crescit usq; ad pfectam diem. Via impioz tenebrosa: nesciunt ubi corruant. Fili mi ausculta sermones meos: et ad eloquia mea inclina aurem tuā. Ne recedant

ab oculis tuis: custodi ea in me
dio cordis tui. Vita enim sunt
inuenientibz ea: et uniuerse car
ni sanitas. Omni custodia serua
cor tuū: quia ex ipso uita proce
dit. Remoue a te os prauum: et
detrahentia labia sint procul a
te. Oculi tui uideant recta: et
palpebre tue p̄cedant gressus tu
os. Dirige semitas pedibz tuis:
et omnes uie tue stabilientur. Ne
declines ad dexteram neq; ad si
nistram: auerte pedem tuum a
malo. Vias enī que a dextris sūt
nouit dñs: peruerse uero sunt que
a sinistris sunt. Ipse autē rectos
faciet gressus tuos: itinera aūt
tua in pace producentur. V
Fili mi attende sapiam meā.
et prudentie mee inclina au
rem tuam: ut custodias cogita
tiones. et disciplinā labia tua cō
seruent. Fauus enī stillans labia
meretricis: et nitidus oleo gut
tur eius. Nouissima autē illius
amara quasi absinthium: & acu
ta quasi gladius biceps. Pedes
eius descendunt in mortē: et ad
inferos gressus eius penetrant.
Per semitam uite nō ambulant:
uagi sunt gressus eius. et inuesti
gabiles. Nunc ergo fili mi audi
me: et ne recedas a uerbis oris
mei. Longe fac ab ea uiam tuā:
et ne appropinques foribz domus
eius. Ne des alienis honorē tuū.
et annos tuos crudeli: ne forte
impleantur extranei uiribz tuis.
et labores tui sint ī domo aliena:
et gemas in nouissimis. quando
consumpseris carnes et corpus
tuū. et dicas. Cur detestatus sū
disciplinā. et increpationibz nō
acquieuit cor meum; nec audiui
uocem docentiū me. et magistris
nō inclinaui aurem meā: Pene
fui in omni malo: in medio eccle
et synagoge. Bibe aquā de cis
terna tua: et fluenta putei tui.
Deriuentur fontes tui foras: et
in plateis aquas tuas diuide. Ha
beto eas solus: nec sint alieni par
ticipes tui. Sit uena tua benedi
cta: et letare cū muliere adoles
centie tue. Cerua carissima: et
gratissimus hinnulus. Vbera
eius inebrient te omni tempore:
et in amore eius delectare iugit.
Quare seduceris fili mi ab alie
na: et foueris in sinu alterius?
Respicit dñs uiam hominis: et
oēs gressus illius considerat. Ini
quitates sue capiunt impium:
et funibz peccatoz suoz constringi
tur. Ipse morietur quia nō habu
it disciplinā: et in multitudine
stultitie sue decipietur. VI
Fili mi si spoponderis p amī
co tuo: defixisti apud extra
neum ānam tuam. Illaqueatus
es uerbis oris tui: et captus pro
prijs sermonibz. Fac ergo quod
dico fili mi. et temetipm libera:
quia incidisti in manus proxi
mi tui. Discurre festina: suscita a
micum tuū. Ne dederis somnū

oculis tuis: ne dormitent palpebre tue. Eruere quasi dāmula de manu: et quasi auis de insidijs aucupis. Vade ad formicam o piger. et considera uias eius: et discet sapiam. Que cum nō habeat ducem nec p̄ceptorem nec principem; parat estate cibum sibi: et congregat in messe qd̄ comedat. Usq; quo piger dormies? Quando consurges e sompno tuo? Paululum dormies. paululum dormitabis; paululū conseres manus ut dormias: et ueniet tibi quasi uiator egestas. et pauperies quasi uir armatus. Si uō ingiger fueris; ueniet ut fons messis tua: et egestas longe fugiet a te. Homo apostata. uir inutilis. graditur ore puerso; annuit oculis. terit pede. digito loquitur. prauo corde machinatur malū: et omni tempore iurgia seminat. Huic ex tmplo ueniet p̄ditio sua: et subito conteretur; nec habebit ultra medicinā. Sex sunt que odit dominus. et septimū detestatur anima eius: oculos sublimes. linguam mendacem. manus effundentes sanguinē innoxium: cor machinans cogitatōes pessimas. pedes ueloces ad currendum in malū. pferentem mendacia testem fallacem: et eum qui seminat inter frēs discordias. Cōserua fili mi p̄cepta patris tui: et ne dimittas legem matris tue. Liga ea iugiter in corde tuo: et circūda gutturi tuo. Cum ambulaueris gradiantur tecū. cū dormieris custodiant te. et uigilans loquere cū eis; qa mandatū lucerna est. et lex lux. et uia uite increpatio discipline: ut custodiant te a muliere mala; et a blanda lingua extranee. Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuū: ne capiaris nutibꝫ illi⁹. Pre cium enī scorti uix est unus panis: mulier aūt. uirū p̄ciosam animā capit. Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo. ut uestimenta eius non ardeant; aut ambulare sup prunas. et nō comburentur plante eius? Sic q̄ ingreditur ad mulierem proximi sui: nō erit mūdus cū tetigerit eam. Non grandis est culpa cū quis furatus fuerit: furatur enī ut esurientem impleat aiam. Deprehensus quoq; reddet septuplū; et omnē substantiā domus sue tradet: et liberabit se. Qui aūt adulter est: p̄pter cordis inopiā perdet aiam suam. Turpitudinē et ignominiā congregat sibi: et opprobriū illius nō delebitur. Zelus enī et furor uiri non parcet in die uindicte: nec acquiescet cuiq̄m precibꝫ: nec suscipiet pro redemptione dona plurima. VII

Fili mi custodi sermones meos: et p̄cepta mea reconde tibi. Serua mandata mea et uiues: et legem meā quasi pupillam oculi tui. Liga eam in digi

ns tuis: scribe illam in tabulis cordis tui. Dic sapie soror mea es. et prudentiā uoca amicam tuam: ut custodiat te a muliere extranea. et ab aliena que uerba sua facit dulcia. De fenestra enī domus mee p cancellos prospexi: et uideo parvulos. Considero uecordem iuuenē qui transit p plateas iuxta angulum. et prope uiam domus illius graditur: in obscuro aduesperascente die. in noctis tenebris et caligine. Et ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio. preparata ad capiendas aīas: garrula et uaga. quietis īpatiens. nec ualens in domo consistere pedibus suis. nunc foris nunc in plateis. nūc iuxta angulos insidians. Apprehensumq deosculatur iuuenē: et procaci uultu blanditur. dicēs. Victimas pro salute debui: hodie reddidi uota mea. Idcirco egressa sum ī occursum tuū. desiderans te uidere: et reperi. Intexui funibus lectulū meū: straui tapetibus pictis ex egipto. Aspersi cubile meū murra. aloe. et cinnamomo. Veni inebriemur uberibus: et fruamur cupitis amplexibus: donec illucescat dies. Non est enī uir ī domo sua: abiit uia longissima. Saculum pecunie secum tulit: in die plene lune reuisurus ē domū suā. Irretiuit eū multis sermonibus: et blanditiis labioz protraxit illū. Statim eam sequitur quasi bos ductus ad uictimam. et quasi agnus lasciuiens. ignorans: et nescit. qđ ad uincula stultus trahatur. donec transfigat sagitta iecur eius. uelut si auis festinet ad laqueū: et nescat quia de periculo anime illius agitur. Nunc ergo fili audi me. et attende uerbis oris mei: ne abstrahatur in uiis illius mens tua: neq decipiaris semitis eius. Multos enī uulneratos deiecit: et fortissimi quiq interfecti sunt ab ea. Uie inferi domus eius: penetrantes ī interiora mortis. VIII

Nvmquid nō sapia clamitat: et prudentia dat uocem suā. In summis excelsisq uertices supra uiam in medijs semitis stans. iuxta portas ciuitatis. in ipsis foribus loquitur: dicens. Uiri ad uos clamito: et uox mea ad filios hominū. Intelligite parvuli astutiam: et insipientes animaduertite. Audite. qm̄ de rebus magnis locuturus sum: et aperientur labia mea ut recta prodeant. Veritatem meditabitur guttur meū: et labia mea detestabuntur impiū. Iusti sunt omnes sermones mei: nō est in eis prauum quid. neq peruersum. Recti sunt intelligentibus: et equi inuenientibus scientiam. Accipite disciplinam meā et non pecuniam: doctrinā magis qm̄ thesaurum eligite. Melior est sapia cunctis opibus p̄ciosissimis: et oīe desiderabile ei nō potest comparari. Ego sa

pientia habito in consilio: et eruditis interfum cogitationibz.
Timor dñi odit malū. Arrogantiam et superbiam et uiam prauā et os bilingue: detestor. Meum est consilium et equitas: mea ē prudentia. mea est fortitudo. Per me reges regnant: et legum cōditores iusta decernūt. Per me principes imperant: et potentes decernunt iustitiā. Ego diligentes me diligo: et qui mane uigilauerint ad me. inuenient me. Mecum sunt diuitie et gloria: opes superbe et iustitia. Melior est fructus mꝰ auro et lapide pretioso: et genimina mea argento electo. In uijs iustitie ambulo. in medio semitaz iudicij: ut ditem diligentes me. et thesauros eoz repleam. Dñs possedit me in initio uiaz suaz: ante qm quicqm faceret a principio. Ab eterno ordinata sum et ex antiquis: ante qm terra fieret. Nondum erant abyssi: et ego iam concepta eram. Necdum fontes aquaz eruperant: necdum montes graui mole constiterant. Ante colles ego parturiebar: adhuc terram non fecerat. et flumina et cardines orbis terre. Quando pparabat celos aderam: qndo certa lege et giro uallabat abyssos. Quando etherea firmabat sursum: et librabat fontes aquaz. Quando circumdabat mari terminū suū: et legem ponebat aquis. ne transirent fines suos. Quando appendebat fundamenta terre. cum eo eram cuncta componens: et delectabar p singulos dies. ludens coram eo omni tempe. ludens in orbem terraz: et deliciē mee esse cum filijs hominū. Nunc g filij: audite me. Beati qui custodiunt uias meas. Audite disciplinam: et estote sapientes: et nolite abicere eam. Beatus homo q audit me. qui uigilat ad fores meas cotidie: et obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit inueniet uitam: et hauriet salutē a dño. Qui aūt in me peccauerit: ledet aiam suam. Omnes qui me oderunt: diligunt mortem.

IX

Sapientia edificauit sibi domū: excidit columpnas septem. Immolauit uictimas suas: miscuit uinū: et ꝓposuit mēsam suā. Misit ancillas suas ut uocarent ad arcem: et ad menia ciuitatis. Siquis ē paruulus: ueniat ad me. Et insipientibz locuta ē. Venite comedite panem meū: et bibite uinū qd miscui uobis. Relinquite infantiā et uiuite: et ambulate p uias prudentie. Qui erudit derisorem. ipe sibi iniuriā facit: et qui arguit impiū. sibi maculam generat. Noli arguere derisorem: ne oderit te. Argue sapientē: et diliget te. Da sapienti occasionē: et addetur ei sapiētia. Doce iustum: et festinabit accipere. Principiū sapie timor dñi:

et sciencia scōy. prudencia. ꝑ me
ēi multiplicabuntur dies tui: ⁊
addentur tibi anni uite. Si sa
piens fueris. tibi met ipi eris: si
autē illusor. solus portabis malū.
Mulier stulta et clamosa. plena
q̄ illecebris. et nichil omnino sci
ens. sedit in foribꝫ domus sue. sup
sellam in excelso urbis loco. ut
uocaret transeuntes ꝑ uiam. et
pgentes in itinere suo. Quis est
paruulus: declinet ad me. Et
uecordi locuta ē. Aque furtiue
dulciores sunt: et panis absco
ditus suauior. Et ignorauit qđ
ibi sint gigantes: et in pfundis
inferni conuiue eius.

X

Filius sapiens letificat patrē:
filius uero stultus mestricia
est matris sue. Non proderūt the
sauri impietatis: iusticia uero
liberabit a morte. Non affliget
dñs fame aiam iusti: et insidias
impioꝝ subuertet. Egestatem opa
ta est manus remissa: manꝰ autē
fortiū diuicias parat. Qui aūt
nititur mendacijs. hic pascit uen
tos: idem sequitur aues uolantes.
Qui congregat in messe. filius
sapiens est: qui aūt stertit estā
te. filius confusionis. Bñdictio
dei sup caput iusti: os autē im
pioꝝ operit iniquitas. Memoria
iusti cum laudibꝫ: et nom̄ impioꝝ
putrescet. Sapiens corde. ꝓcepta
suscipiet: stultus cedituꝛ labijs.
Qui ambulat simplicit. ambu
lat confidenter: qui autē depra
uat uias suas. manifestus erit.
Qui annuit oculo. dabit dolorē:
stultus labijs uerberabitur. Vena
uite os iusti: os aūt impioꝝ ope
rit iniquitatē. Odium suscitat
rixas: et uniuersa delicta operit
caritas. In labijs sapientis inue
nitur sapientia: et uirga in dor
so eius qui indiget corde. Sapien
tes abscondunt sciencīam: os au
tem stulti confusioni proximū ē.
Substancia diuitis urbs fortī
tudinis eius: pauor pauperum
egestas eoꝝ. Opus iusti ad uitā:
fructus autē impij ad peccatum.
Via uite custodienti disciplinā:
qui autē increpationes relinquit.
errat. Abscondunt odium labia
mendacia: qui pfert contumeli
am insipiens est. In multiloquio
nō deerit peccatū: qui autē mode
ratur labia sua. prudentissimus
est. Argentū electum lingua iusti
coꝝ impioꝝ pro nichilo. Labia iusti
eruditunt plurimos: qui autē in
docti sunt. in cordis egestate mo
rientur. Bñdictio dñi diuites fa
cit: nec sociabitur eis afflictio.
Quasi prisum stultus opatur
scelus: sapīa autē est uiro pruden
tia. Qđ timet impius ueniet su
per eum: desiderium suum iustis
dabitur. Quasi tempestas tran
siens nō erit impius: iustus aūt
quasi fundamentū sempiternū.
Sicut acetum dentibꝫ. et fumus
oculis: sic piger his qui miserit
eum in uia. Timor dñi apponet

dies: et anni impioꝝ breuiabuntur. Expectatio iustorum letitia: spes autē impioꝝ peribit. Fortitudo simplicis uia domini: et pauor his qui operantur malū. Justus in eternum nō cōmouebitur: impij aūt non habitabunt super terram. Os iusti parturiet sapientiā: lingua prauoꝝ peribit. Labia iusti considerant placita: et os impioꝝ puersa. XI

Statera dolosa abhominatio est apud dm̄: et pondus equū uoluntas eius. Vbi fuerit superbia. ibi erit et contumelia: ubi aūt est humilitas. ibi et sapientia. Simplicitas iustoꝝ dirriget eos: et supplantatio puersoꝝ uastabit eos. Non pderunt diuitie in die ultionis: iustitia aūt liberabit a morte. Justitia simplicis diriget uiam eius: et in impietate sua corruet impius. Justitia aūt rectoꝝ liberabit eos: et in insidijs suis capientur iniq̄. Mortuo homine impio. nulla erit ultra spes: et expectatio sollicitoꝝ peribit. Justus de angustia liberatus est: et tradetur impius pro eo. Simulatoꝝ ore decipit amicum suū: iusti aūt liberabuntur scientia. In bonis iustoꝝ exaltabitur ciuitas: et in p̄ditione impioꝝ erit laudatio. Benedictione iustoꝝ exaltabitur ciuitas: et ore impioꝝ subuertetur. Qui despicit amicum suū. indigens est corde: uir autem prudens tacebit. Qui ambulat fraudulenter. reuelat archana: qui aūt fidelis est. celat amici cōmissum. Vbi non ē gubernator. populꝰ corruit: salus aūt ubi multa consilia. Affligetur malo. qui fidem facit pro extraneo: qui aūt cauet laqueos. securus erit. Mulier gratiosa inuenier gl̄am: et robusti habebunt diuitias. Bene facit anime sue uir misericors: qui aūt crudelis ē. propinquos abiicit. Impius facit opus instabile: seminanti aūt iustitiā. merces fidelis. Clementia p̄parabit uitam: et sectatio malorꝝ mortem. Abhominabile dño cor prauū: et uoluntas eius. in his q̄ simpliciter ambulant. Manus in manu. non erit innocens manus: semen aūt iustoꝝ saluabitur. Circulus aureus in naribꝰ suis: mulier pulchra et fatua. Desiderium iustoꝝ omne bonum ē: prestolatio impioꝝ furor. Alij diuidunt p̄pria. et ditiores fiunt: alij rapiunt ñ sua. et semp in egestate sunt. Anima q̄ benedicit impinguabitur: et qui inebriat. ipse quoq; inebriabitur. Qui abscondit frumenta maledicetur in populis: benedictio aūt super caput uendentiū. Bene consurgit diluculo qui querit bona: qui autem inuestigator malorum ē. ab eis opprimetur. Qui confidit in diuicijs suis corruet: iusti autem quasi uirens folium germinabunt. Qui cōturbat

domū suam. possidebit uentos:
et qui stultus est. seruiet sapi
enti. Fructus uiri ligni uite:
qui suscipit animas sapiens est.
Si iustus in terra recipit: q̄nto
magis impius et peccator. XII

Qui diligit disciplinam. dili
git scientiam: qui autem
odit increpationes. insipiens est.
Qui bonus est. hauriet sibi a do
mino grām: qui autē confidit
in cogitationib; suis. impie agit.
Non roborabitur homo ex impie
tate: et radix iustorum nō com
mouebitur. Mulier diligens. co
rona ē uiro suo: et putredo in
ossibus eius. que confusione res
dignas gerit. Cogitationes ius
torum iudicia: et consilia impio
rū fraudulenta. Verba impiorū
insidiantur sanguini: os iustor
liberabit eos. Verte impios. et n̄
erunt: domus autem iustorū p
manebit. Doctrina sua cognos
cetur uir: qui autem uanus et
exors est. patebit contemptui.
Melior est pauper et sufficiens
sibi: q̄m gloriosus et indigens
pane. Novit iustus animas iu
mentor suorum: uiscera autem
impior crudelia. Qui operatur
terram suā. saciabitur panib;:
qui autē sectatur otium. stul
tissimus ē. Qui suauis est.
uiuit in moderationib;: in suis
mentionib; relinquit contumeli
am. Desiderū impi mortifer
tū est pessimor: radix autē ius
tor proficiet. Propter pēca labi
orum. ruina proximat malo:
effugiet aūt iustus de angustia.
De fructu oris sui unusquisq; re
plebitur bonis: et uxta opera
manuū suarū retribuetur ei. Via
stulti recta in oculis eius: q̄ aūt
sapiens est. audit consilia. Fa
tuus indicat statim iram suā:
qui autē dissimulat iniuriā. cal
lidus ē. Qui qō nouit loquitur iu
dex iustice est: qui aūt mentitur.
testis ē fraudulentus. Est qui
promittit. et quasi gladio pungi
tur cōscientia: lingua autem
sapientiū sanitas ē. Labiū ueri
tatis firmū est in ppetuum: qui
aūt testis ē repentinus. cōcinnat
linguam mendacij. Dolus i cor
de cogitantiū mala: qui autem
pacis ineunt consilia. sequitur
eos gaudiū. Non cōtristabit iustū
quicq̄d ei acciderit: impi aūtē
replebuntur malo. Abhominatio
est dño labia mendacia: qui aūt
fideliter agunt. placēt ei. Homo
uersutus celat sciam: et cor in
sipientiū uocat stulticiā. Manū
fortiū dominabitur: que aūt remissa
est. tributis seruiet. Mror i corde
iusti humiliabit eū: et sermone
bono letificabitur. Qui negligit
damnū ppē amicū. iustus ē: iter
aūt impior decipiet eos. Non inue
niet fraudulentus lucrū: et sub
stantia hōis erit auri pretiū. In
semita iustice uita: iter aūt de
uiū ducit ad mortem. XIII

Filius sapiens doctrina patris: qui autē illusor est. nō audit cū arguitur. De fructu oris sui homo satiabitur bonis: anima autem impiorū iniqua. Qui custodit os suum. custodit aiam suam: qui autē inconsideratus est ad loquendum. sentiet mala. Vult et non vult piger: anima aūt operantiū impinguabitur. Verbum mendax iustus detestabitur: impius autē confundit et confundetur. Justicia custodit innocentis uiam: impietas aūt peccatorem supplantat. Est quasi diues cum nichil habeat: et est quasi pauper cū in multis diuiciis sit. Redemptio aīe uiri diuicie sue: qui aūt pauper est. increpationem non sustinet. Lux iustorū letificat: lucerna autē impiorū extinguetur. Inter superbos semp iurgia sunt: qui aūt agunt omnia cū cōsilio. regūntur sapia. Substantia festinata minuetur: que aūt paulatim colligitur manu. multiplicabitur. Spes que differtur affligit aiam: lignū uite desiderium ueniens. Qui detrahit alicui rei. ipe se in futurū obligat: qui autem timet pceptum. in pace ū sabitur. Lex sapientis fons uite: ut declinet a ruina mortis. Doctrina bona dabit grām: in uiam cōtemptorū uorago. Astutus omnia agit cum consilio: q̄ aūt fatuus ē. aperiet stulticiā. Nuncius impij cadet in malū: legatus fidelis sanitas. Egestas et ignominia ei qui deserit disciplinam: qui aūt acquiescit arguenti. glorificabitur. Desiderium si compleatur delectat aiam: detestantur stulti eos qui fugiunt mala. Qui cū sapientibus graditur. sapiens erit: amicus stultorū similis efficietur. Peccatores psequitur malum: et iustis retribuent bona. Bonus relinquet heredes filios et nepotes: et custoditur iusto substantia pcōris. Multi cibi in noualiis patrum: et alis congregantur absq; iudicio. Qui parcit uirge. odit filiū suū: qui autē diligit illum. instanter erudit. Justus comedit. et replet aiam suam: uenter autem impiorū insaturabilis. XIIII

Sapiens mulier edificat domū suam: insipiens quoq; extructam manib; destruet. Ambulans recto itinere. et timens dm: despicitur ab eo qui infami graditur uia. In ore stulti iurga superbie: labia sapientū custodiunt eos. Ubi non sunt boues. presepe uacuū est: ubi autē apparent plurime segetes. ibi manifesta fortitudo bouis. Testis fidelis nō mēietur: profert mē datū testis dolosus. Querit derisor sapiam et nō inuenit: doctrina prudentū facilis. Vade contra uirum stultū et nescies labia prudentie sapia. Calludi

est intelligẽ uiam suã: et impru
dentia stultoꝝ errans. Stultus
illudit pecĩm: inter iustos mora
bitur grã. Cor qđ nouit amari
tudinem aĩe sue: in gaudio eius
nõ miscebitur extraneus. Domus
impioꝝ delebitur: tabernacula
iustoꝝ germinabunt. Est uia q̃
uidetur homini iusta: nouissi
ma aũt eius deducunt ad mortẽ.
Risus dolore miscebitur: et extre
ma gaudij luctus occupat. Vus
suis replebitur stultus: et super
eum erit ur bonus. Innocens cre
dit omni uerbo: astutus conside
rat gressus suos. Sapiẽs timet
et declinat a malo: stultus tran
silit et confidit. Impatiens opa
bitur stulticiam: et ur uer iuris
odiosus ẽ. Possidebunt paruuli
stulticiam: et expectabunt astu
ti sciam. Jacebunt mali ante bo
nos: et impij ante portas iustoꝝ.
Etiam proximo suo pauꝑ odios⁹
erit: amici uero diuitum multi.
Qui despicit proximũ suum pec
cat: qui aũt miseretur pauperi
beatus erit. Qui credit in dño.
miam diligit: errant qui opan
tur malũ. Misericordia et ueritas. p̃
parant bona: in omni opere bo
no erit abundantia. Vbi aũt
uerba sunt plurima: ibi egestas
frequẽs. Corona sapientiũ diui
tie eoꝝ: fatuitas stultoꝝ impru
dentia. Liberat animas testis fi
delis: et profert mendacia uersi
pellis. In timore dñi fiducia for
titudinis: et filijs eius erit spes.
Timor dñi fons uite: ut declinet
a ruina mortis. In multitudine
populi dignitas regis: et in pauci
tate plebis. ignominia principis.
Qui patiens ẽ multa gubnatur
sapiã: qui aũt impatiens ẽ exal
tat stulticiam suam. Vita carni
um sanitas cordis: putredo ossi
um inuidia. Qui calumpniatur
egentem exprobrat factori suo:
honorat aũt eum qui miseretur
pauperis. In malicia sua expelli
tur impius: sperat aũt iustus
in morte sua. In corde prudentis
requiescit sapientia: et indoctos
quosq; erudiet. Justicia eleuat
gentem: miseros facit populos
pecĩm. Acceptus ẽ regi minister i
telligens: iracundiam eius mu
ltus sustinebit. XV
Responsio mollis frangit iraꝫ:
sermo durus suscitat furorẽ. Lin
gua sapientiũ ornat sciam: os
fatuoꝝ ebullit stulticiã. In omni
loco: oculi dñi contemplantur bo
nos et malos. Lingua placabilis
lignum uite: que autem imode
rata est. conteret spm. Stultus ir
ridet disciplinã patris sui: qui
aũt custodit increpationes. astu
tior fiet. In habundanti iustitia
uirtus maxima est: cogitatões
aũt impioꝝ eradicabuntur. Do
mus iusti plurima fortitudo: et
in fructibꝫ impij conturbatio. La
bia sapientiũ disseminabunt sci
entiam: cor stultoꝝ dissimile erit.

Victime impioꝝ abhominables dño: uota iustoꝝ placabilia. Abhominatio est dño uita impij: qui sequitur iusticiã. diligetur ab eo. Doctrina mala deserenti uiam uite: qui increpatões odit. morietur. Infernus et perditio coram dño: quãto magis coꝛda filioꝝ hominũ. Non amat pestilens eum qui se corrigit: nec ad sapientes gradietur. Coꝛ gaudens exhilarat faciem: in merore animi deijcietur spũs. Coꝛ sapientis queret doctrinã: et os stultoꝝ pascitur impericia. Omnes dies pauperis mali: secura mens quasi iuge conuiuiũ. Melius est parum cum timoꝛe dñi: quã thesauri magni et insatiabiles. Melius est uocari ad olera cũ caritate: quã ad uitulum saginatum cũ odio. Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est. mitigat suscitatas. Iter pigroꝝ quasi sepes spinarũ: uia iustoꝝ absq; offendiculo. Filius sapiens letificat patrem: et stultus homo despicit matrem suã. Stultitia gaudiũ stulto: et uir prudens diriget gressus suos. Dissipantur cogitationes ubi non est consilium: ubi uero sunt plures consiliarij. confirmantur. Letatur homo in sententia oris sui: et sermo opoꝛtunus optimus est. Semita uite sup eruditum: ut declinet de inferno nouissimo. Domũ superboꝝ demolietur dñs: et firmos faciet terminos uidue. Abhominatio dñi. cogitationes male: et purus sermo pulcherrimus. firmabitur ab eo. Conturbat domũ suam qui sectatur auariciã: qui autẽ odit munera. uiuet. Per miam et fidem purgantur pcã: p timoꝛem aut dñi declinat omnis a malo. Mens iusti meditatur obedientiam: os impioꝝ redundat malis. Longe est dñs ab impijs: et oratones iustoꝝ exaudiet. Lux oculoꝝ letificat aiam: fama bona ipinguat ossa. Auris que audit increpationes uite: in medio sapientium cõmoꝛabitur. Qui abicit disciplinã. despicit aiam suam: qui autẽ acquiescit increpatõibꝫ. possessoꝛ est coꝛdis. Timoꝛ dñi disciplina sapie: et gla precedit humilitas. XVII Melius est buccella sicca cum gaudio animi: quã domus plena uictimis cum iurgio. Seruus prudens dominabitur filijs stultis: et inter fratres hereditabit. Conflatorium argento et fornax auro: probatissima uero corda. Malignus obtemperat labijs iniquis: et mendax auribus detractoris. Qui derisor est pauperis: exprobrat factoꝛi eius. Corona senum filij filiorum: et gloria filioꝝ patres eorum. Non decent filium abundantia labiorum: quanto minus seruum mendacium. Nec principem labia fidelia: quanto minus seruum labia mendacij. Munus habentibus gratiam apud omnes: quocumq; se uerterit prudenter intelliget. Qui celat delictum quaerit amicitias: qui autem altero sermone separat fedus. Plus apud sapientem obtinet correptio: quã centum plagæ apud stultum. Spiritum ponderatoꝛ est dñs. Revela dño opera tua: et dirigentur cogitationes tue. Vniuersa propter semetipm operatus est dñs: impiũ quoq; ad diem malũ. Abhominatio est dñi omnis arrogans: etiam si manus ad manũ fuerit. nõ erit innocens. Misericordia et ueritate redimitur iniquitas: et in timoꝛe dñi declinatur a malo. Cum placuerint dño uie hominis: inimicos quoq; eius conuertet ad pacem. Melius est parum cũ iustitia: quã multi fructus cum iniquitate.

Cor hominis disponet uiam suam: sed dñi est dirigere gressus eius. Diuinatio in labiis regis: in iudicio nō errabit os eius. Pondus et statera iudicia dñi sunt: et opera eius omnes lapides sacculi. Abhominabiles regi qui agunt impie: quoniam iustitia firmatur solium. Voluntas regum labia iusta: qui recta loquitur diligetur. Indignatio regis nuncij mortis: et uir sapiens placabit eum. In hilaritate uultus regis uita: et clementia eius quasi ymber serotinus. Posside sapiam: quia auro melior est: et acquire prudentiam: quia pretiosior est argento. Semita iustorum declinat mala: custos anime sue seruat uiam suam. Contritionē precedit superbia: et ante ruinam exaltabitur spūs. Melius est humiliari cū mitibus: quā diuidere spolia cum superbis. Eruditus in uerbo reperiet bona: et qui sperat in dño beatus est. Qui sapiens ē corde appellabitur prudens: et qui dulcis eloquio maiora reperiet. Fons uite eruditio possidentis: doctrina stultorū fatuitas. Cor sapientis eruditet os eius: et labiis illius addet gratiam. Fauus mellis uerba composita: dulcedo anime est sanitas ossium. Est uia que uidetur homini recta: et nouissima eius ducunt ad mortem. Anima laborantis laborat sibi: quia compulit eum os suum. Vir impius fodit malum: et in labiis eius ignis ardescit. Homo peruersus suscitat lites: et uerbosus separat principes. Vir iniquus lactat amicum suum: et ducit eum p uiam nō bonā. Qui annuit oculis cogitat prauа: mordens labia perficit malū. Corona dignitatis senectus: que in uiis iustitie reperietur. Melior est patiens uiro forti: et qui dominatur animo suo expugnatore urbium. Sortes mittuntur in sinū: sed a dño temperantur.

XVII

Melior est buccella sicca cū gaudio: quā domus plena uictimis cum iurgio. Seruus sapiēs dñabitur filijs stultis: et inter frēs hereditatem diuidet. Sicut igne probatur argentū et aurū camino: ita corda probat deus. Malus obedit lingue inique: et fallax obtempat labijs mendacibz. Qui despicit pauperem exprobrat factori eius: et qui in ruina letatur alterius nō erit impunitus. Corona senum filij filioz: gloria filioz patres eorū. Non decent stultum uerba composita: nec principem labiū mentiens. Gemma gratissima expectatio prestolantis: quocumq; se uterit prudenter intelligit. Qui celat delictum querit amicitias: qui alto sermone reperit separat federatos. Plus proficit correptio apud prudentem: quā

centum plage apd stultū. Semp
urgia querit malus: angelus
aūt crudelis mittetur contra eū.
Expedit magis urse occurrere
raptis fetibz: qm fatuo confi
denti sibi in stultitia sua. Qui
reddit mala pro bonis: non rece
det malum de domo eius. Qui di
mittit aquam. caput est urgioz:
et antequm paciatur contumeliā.
iudicū deserit. Et qui iustificat
impū. et qui cōdempnat iustū:
abhominabilis ē uterq apd dm.
Quid prodest habe diuicias stul
to; cum sapiam emere nō possit:
Omni tempore diligit q amicus
est: et frater in angustijs compro
batur. Homo stultus plaudet
manibz: cū spoponderit p ami
co suo. Qui meditatur discordi
as. diligit rixas: et qui exaltat
os suū. querit ruinam. Qui pū
si cordis est. nō inuenit bonum: 7
qui uertit linguā. incidet i malū.
Natus ē stultus in ignominia
sua: sed nec pater in fatuo leta
bitur. Animus gaudens etatem
floridam facit: sps tristis exsic
cat ossa. Munera de sinu impii
accipit: ut puertat semitas iu
dicij. In facie prudentis lucet
sapia: oculi stultoz in finibz tre.
Ira patris. filius stultus: 7 dolor
matris que genuit eum. Non ē
bonum. dampnū inferre iusto:
nec pcutere pncipem. qui recta
iudicat. Qui moderatur sermo
nes suos. doctus et prudens ē:
et pciosi sps uir eruditus. Stulte
quoq cū tacuerit sapiens repu
tabitur: et si compresserit labia
sua. intelligens.

XVIII

Occasiones querit qui uult
recedere ab amico: oīi tem
pore erit exprobrabilis. Non reci
pit stultus uerba prudentie: nisi
ea dixeris. que ūsantur in corde
eius. Impius cū in profundū uene
rit pcoz. contempnit: sed sequet
eum ignominia et opprobrium.
Aqua profūda. uerba ex ore uiri:
et torrens redundans. fons sapie.
Accipe psonam impij in iudicio.
non est bonū: ut declines a ueri
tate iudicij. Labia stulti miscēt
se rixis: et os eius urgia prouo
cat. Os stulti contritio eius: la
bia ipius. ruina anime ei. Verba
bilinguis quasi simplicia: 7 ip
sa pueniunt usq ad interiora
uentris. Qui mollis et dissolu
tus est in opere suo: frater ē sua
opera dissipantis. Turris fortis
sima nomen dni: ad ipm currit
iustus. et exaltabitur. Substan
tia diuitis. urbs roboris eius: 7
quasi murus ualidus circum
dans eū. Ante qm conteratur.
exaltatur cor hominis: et ante
qm glorificetur. humiliatur. Et
prius respondet qm audiat:
stultum se ee demonstrat. et
confusione dignū. Sps uiri sus
tentat infirmitatem; spiritū
uero ad trascendum facile. qui
poterit sustinere: Cor pruden

tis possidebit scientiam: et auris
sapientiū querit doctrinā. Bo
num hōis dilatat uiam eius: et
ante pncipes spatiū ei facit. Jus
tus prior accusator est sui: uenit
amicus eius. et inuestigabit eū.
Contradictiones cōpmit sors:
et inter potentes quoq; diuidicat.
Frater qui aduuuatur a fratre
quasi ciuitas firma: et iudicia
quasi uectes urbiū. De fructu
oris uiri replebitur uenter eius:
et genimina labioz illius satu
rabunt eum. Mors et uita ī ma
nibz lingue: qui diligunt eam
cōmedent fructus eius. Qui in
uenit mulierem bonam. inuenit
bonū: et hauriet iocunditatem
a dño. Cum obsecrationibz loq̄
tur pauper: et diues effabitur
rigide. Vir amicabilis ad societa
tem: magis amicus erit q̄ frat.
Melior est paup qui XLIX
ambulat ī simplicitate sua:
quam diues torquens labia sua
et insipiens. Vbi nō est scientia
anime. non ē bonum: et qui festi
nus est. pedibz offendit. Stulti
cia hominis supplantat gressus
eius: et contra dm feruet animo
suo. Diuicie adduut amicos plu
rimos: a paupere aūt et hi quos
habuit separantur. Testis falsus
nō erit impunitus: et qui men
dacia loquitur. nō effugiet. Mul
ti colunt pfonam potentis: et
amici sunt dona tribuentis.
Frēs hōis paupis oderunt eū:
insup et amici procul recesserūt
ab eo. Qui tantū uerba sectat.
nichil habebit; qui autem pos
sessor est mentis. diligit animā
suam: et custos prudencie inue
niet bona. Testis falsus nō erit
impunitus: et qui loquitur mē
dacia pibit. Non decent stultum
delicie: nec seruum dominari
pncipibz. Doctrina uiri p pati
entiam noscitur: et gla eius ē
inqua ptergredi. Sicut fremit
leonis. ita et regis ira: et sicut
ros sup herbam. ita et hilaritas
eius. Dolor patris filius stultus:
et tecta iugiter pstillantia. liti
giosa mulier. Domus et diuicie
dantur a parentibz: a dño aūt
proprie uxor prudens. Pigredo
immittit sopozem: et aīa disso
luta esuriet. Qui custodit man
datū. custodit aīam suam: qui
aūt negligit uias suas. mortifi
cabitur. Feneratur dño qui mise
retur pauperis: et uicissitudinē
suam reddet ei. Erudi filiū tuū
ne desperes: ad interfectionem
aūt eius. ne ponas aīam tuam.
Qui enī impatiens est. sustine
bit dampnū: et cum rapuerit.
aliud apponet. Audi consiliū.
et suscipe disciplinā: ut sis sa
piens in nouissimis tuis. Multe
cogitationes in corde uiri: uolū
tas aūt dñi inetternū pmanet.
Homo indigens misericors est:
et melior paup iustus. qm̄ uir
mendax. Timor dñi ad uitam:

et in plenitudine cõmorabitur
absq; uisitatione pessimi. Abscõ
dit piger manum suã sub ascella:
nec ad os suum applicat eam.
Pestilente flagellato. stultus sa
pientior erit: si autẽ corripuerit
sapientẽ. intelliget sapiam. Q;
affligit patrem. et fugit matrẽ:
ignominiosus erit et infelix. ℣.
Non cesses fili audire doctrinã:
ne ignores sermones scientie.
Testis iniquus derider iudiciũ:
et os impior devorat iniquita
tem. Parata sũt derisoribz iudi
cia: et mallei percutientes stul
torum corporibz. XX
Luxuriosa res uinum. ⁊ tu
multuosa ebrietas: quicũq; his
delectatur nõ erit sapiens. Sicut
rugitus leonis. ira et terror re
gis: qui provocat eum. peccat
in aiam suam. Honor est homi
ni. qui separat se a contentiõibz:
omnes autẽ stulti miscentur cõ
tumelijs. Propter frigus piger
arare noluit: mendicabit ergo
estate. et non dabitur ei. Sicut
aqua profunda. sic consiliũ in
corde uiri: sed homo sapiens ex
hauriet illud. Multi homines
misericordes uocantur; uirum
aũt fidelem quis inuenier? Ju
stus qui ambulat in simplicita
te sua: beatos post se filios dere
linquet. Rex qui sedet in solio
iudicij: dissipat omne malum
intuitu suo. Q; uis potest dicere.
mundũ est cor meũ; purus sũ
a peccato? Pondus et pondus. mẽ
sura et mensura: utrumq; abho
minabile est apud dñm. Ex studi
is suis intelligetur puer: si mun
da et recta sunt opa eius. Aurem
audientem. et oculum uidentem:
dñs fecit utrumq;. Noli diligere
somnũ. ne te egestas oppmat:
aperi oculos tuos. et saturare pa
nibz. Malum ẽ malum est. dicit
omnis emptor: et cũ recesserit.
tunc gl'abitur. Est aurũ et mul
titudo gemmarũ. et uas pretiosũ:
labia scientie. Tolle uestimentũ
eius. qui fideiussor extitit alieni:
et pro extraneis aufer pignus
ab eo. Suauis est homini panis
mendacij: et postea implebitur
os eius calculo. Cogitationes
consilijs roborabuntur: et gub
naculis tractanda sũt bella. Ci
qui revelat misteria. et ambulat
fraudulenter. et dilatat labia su
a: ne cõmiscearis. Qui maledi
cit patri suo et matri sue: extin
guetur lucerna eius in medio
tenebris. Hereditas ad quã festi
natur in principio: in nouissimo
benedictione carebit. Ne dicas.
reddam malũ pro malo: expecta
dñm. et liberabit te. Abhomina
tio est apud dñm pondus et pon
dus: statera dolosa nõ est bona.
A dño dirigentur gressus uiri;
quis aũt hominũ potest intelli
gere uiam suã? Ruina est ho
minis devotare sc̃os: et post vo
ta retractare. Dissipat impios

rex sapiens: et inicuuat super eos fornicem. Lucerna dñi spiraculū hominis: que inuestigat omnia secreta uentris. Misericordia et ueritas custodiunt regem: et roboratur clementia thronus ei. Exultatio iuuenū fortitudo eor: et dignitas senum canities. Liuor uulneris absterget mala: et plage in secretioribus uentris.

XXI

Sicut diuisiones aquarū. ita cor regis in manu dñi: quocunq; uoluerit inclinabit illud. Omnis uia uiri recta sibi uidetur: appendit aūt corda dñs. Facere iustiam et iudiciū: magis placet deo q̄m uictime. Exaltatio oculor est dilatatio cordis: lucerna impior peccā. Cogitationes robusti semper in habundantia: omnis aūt piger semp in egestate est. Qui congregat thesauros lingua mēdacij. uanus et excors est: et impingetur ad laqueos mortis. Rapine impior detrahent eos: quia noluerunt facē iudiciū. Peruersa uia uiri aliena est: qui aūt mundus ē. rectum opus eius. Melius est sedere in angulo domatis: q̄ cū muliere litigiosa. et in domo cōmuni. Anima impij desiderat malū: nō miserebitur proximo suo. Mulctato pestilente. sapientior erit parulus: et si sectetur sapientē. sumet sciam. Excogitat iustus de domo impij: ut detrahat impios a malo. Qui obturat aurem suā ad clamorē pauperis: et ipe clamabit. et nō exaudietur. Munus absconditum extinguet iras: et donum in sinu indignationē maximā. Gaudiū iusto ē facere iudiciū: et pauor operantib; iniquitatē. Vir qui errauerit a uia doctrine: in cetu gigantū cōmorabitur. Qui diligit epulas in egestate erit: qui amat uinū et pinguia. nō ditabitur. Pro iusto dabitur impius: et pro rectis iniquus. Melius est habitare in terra deserta: q̄m cū muliere rixosa et iracunda. Thesaurus desiderabilis. et oleum i habitaculo iusti: et imprudens homo dissipabit illud. Qui sequitur iusticiam et miam: inuenet uitam et iusticiā et gl'am. Ciuitatem fortiū ascendit sapiens: destruxitq; robur fiducie eius. Qui custodit os suū et linguā suam: custodit ab angustijs aiam suā. Superbus et arrogans uocatur indoctus: qui in ira operatur superbiam. Desideria occidunt pigrū: noluerunt enī quicq̄m manus ei operari. Tota die concupiscit et desiderat: qui aūt iustus est. tribuet. et non cessabit. Hostie impior abhominabiles: que offerūtur ex scelere. Testis mendax perbit: uir obediens loquetur uictoriam. Vir impius procaciter obfirmat uultum suū: qui aūt rectus ē. corrigit uiam suā. Nō est sapīa. non est prudentia. non ē consiliū: contra dñm. Equus

paratur ad diem belli: dñs aũt
salutem tribuet. XXI

Melius est nomen bonũ qm
diuitie multe: sup argen
tum et aurum grã bona. Diues
et paup obuiauerũt sibi: utriusq
operator est dñs. Callidus uidet
malum et abscondit se: innocẽs
ptransiit et afflictus ẽ dampno.
Finis modestie timor dñi: diui
cie et glã et uita. Arma z gladi
in uia pueri: custos aũt anime
sue longe recedit ab eis. Prouer
biũ est. adolescens uxta uiam su
am: etiam cũ senuerit nõ recedet
ab ea. Diues pauperib; impat:
et qui accipit mutuũ seruus est
fenerantis. Qui seminat iniq
tatem metet mala: et uirga ire
sue consũmabitur. Qui pronus
est ad miam. bñdicetur: de pani
bus enĩ suis dedit pauperi. Eice
derisorem; et exibit cum eo uirgi
um: cessabuntq cause et contu
melie. Qui diligit cordis mũdi
tiam: propter grãm labiorum
suor habebit amicũ regem. O
culi dñi custodiunt scientiã: et
supplantantur uerba iniq. Di
cet piger; leo est foris: in medio
plateaz occidendus sũ. Fouea
profunda os aliene: cui iratus
est dñs. incidet in eam. Stulti
cia colligata est in corde pueri:
et uirga discipline fugabit eã.
Qui calumpniatur pauperem.
ut augeat diuitias suas: dabit
ipe ditiori. et egebit. Inclina au
rem tuam. et audi uerba sapien
tũ: appone aũt cor ad doctrinã
meam. Que pulchra erit tibi cũ
seruaueris eam in uentre tuo;
et redundabit in labiis tuis: ut
sit in dño fiducia tua. Vnde et
ostendi eam tibi hodie. Ecce de
scripsi eam tibi tripliciter. in co
gitationib; et scientia; ut osten
derem tibi firmitatem: et eloqa
ueritatis responderes eis hys. illis
qui miserunt te. Non facies ui
olentiam pauperi quia pauper
est: neq conteras egenum i por
ta. Quia dñs iudicabit causã
eius: et configet eos qui confix
erunt aiam eius. Noli ẽ ami
cus homini iracundo: neq am
bules cum uiro furioso; ne forte
discas semitas eius: et sumat
scandalum aie tue. Noli esse cũ
hys qui defigunt manus suas:
et qui uades se offerunt pro de
bitis. Si enĩ non habet unde reh
tuat; quid cause est ut tollas ope
rimentũ de cubili tuo. Ne trans
grediaris terminos tuos antiqs:
quos posuerunt patres tui. Vi
disti uirum uelocem i opere suo:
coram regib; stabit; nec erit an
te ignobiles. XXII

Cyando sederis ut comedas
cum principe. diligenter attende
que sunt posita ante faciem tu
am; et statue cultrũ in gutture
tuo: si tamen habes in potesta
tem aiam tuam. Ne desideres de
cibis ei: in quo ẽ panis mẽdatu.

Noli laborare ut diteris: sed pru
dentie tue pone modum. Ne er
gas oculos tuos ad opes quas ñ
potes habere; quia faciunt sibi
pennas quasi aquile: et uolabit
in celum. Ne comedas cum hõie
inuido. et ne desideres cibos ei?
qñ in similitudine arioli et con
iectoris estimat qđ ignorat. Co
mede et bibe dicet tibi: et mens
eius non ẽ tecum. Cibos quos
comederas euomes: et pdes pul
chros sermones tuos. In auribz
insipientiũ ne loquaris: quia de
spicient doctrinam eloquii tui.
Ne attingas parvulor̃ tminos.
et agrum pupillor̃ ne introeas;
propinquus enĩ eor̃ fortis est: et
ipe iudicabit contra te causam il
lor̃. Ingrediatur ad doctrinã cor̃
tuum: et aures tue ad uerba sciẽ.
Noli subtrahere a puero disciplĩ
nam: si enĩ percusseris eum uirga.
nõ morietur. Tu uirga percutis
eum: et aiam eius de inferno li
beras. Fili mi si sapiens fuerit
animus tuus. gaudebit tecum
cor̃ meũ: et exultabũt renes mei
cũ locuta fuerint recta labia
tua. Non emuletur cor̃ tuũ pecca
tores; sed in timore dñi esto tota
die: quia habebis spem i nouis
simo. et prestolatio tua nõ aufe
retur. Audi fili mi. et esto sapi
ens: et dirige in uia animũ tuũ.
Noli esse in conuiuijs potator̃.
nec in cõessationibz eor̃ qui car
nes ad uescendum conferunt; qa
uacantes potibz et dantes simbo
la. consumentur: et uestietur pan
nis dormitatio. Audi patrem tuũ
qui genuit te: et ne contempnas
cum senuerit mater tua. Veritã
tem eme: et noli uendẽ sapiam.
et doctrinã et intelligentiã. Ex
ultat gaudio pater iusti: qui sa
pientem genuit letabitur in eo.
Gaudeat pater tuus et mater
tua: et exultet que genuit te. Pre
be fili mi cor̃ tuum michi: et oculi
tui uias meas custodiant. Foue
a enĩ profunda est meretrix: et
puteus angustus aliena. Insi
diatur in uia quasi latro: et ꝙs
incautos uiderit. interficiet. Cui
ue. cuius patris ue. cui rixe. cui fo
uee. cui sine causa uulnera; cui
suffossio oculor̃? Nonne his q̃
cõmorantur in uino; et student
calicibz epotandis? Ne intuea
ris unum qñdo flauescit: cum
splenduerit in uitro color eius.
Ingreditur blande; sed in nouis
simo mordebit ut coluber: et si
cut regulus uenena diffundet.
Oculi tui uidebunt extraneas;
et cor̃ tuum loquetur peruersa: et
eris sicut dormiens i medio ma
ri. et quasi sopitus gubernator̃.
amisso clauo. Et dices. Verbera
uerunt me. sed non dolui: traxe
runt me. et ego nõ sensi. Quando
euigilabo; et rursus una reperiã?

XXIIII

Ne emuleris
uiros malos. nec desideres
esse cum eis; qua rapinas medi

tatur mens eor: et fraudes labia eor locuntur. Sapia edificabitur domus: et prudentia roborabit. In doctrina replebuntur cellaria: omnis substantia pciosa et pulcherrima. Vir sapiens fortis est: et vir doctus robustus et validus. Qua cū dispositione ineitur in bellum: et erit salus ubi multa consilia sunt. Excelsa stulto sapientia: in porta non aperiet os suū. Qui cogitat mala facere: stultus vocabitur. Cogitatio stulti peccatū est: et abhominatio hominū detractor. Si desperaveris lapsus in die angustie: imminuetur fortitudo tua. Erue eos qui ducuntur ad mortem: et qui trahūtur ad interitum liberare ne cesses. Si dixeris. vires nō suppetunt: qui inspector est cordis ipe intelligit. et seruatorem aie tue nichil fallit: reddetq; homini iuxta opera sua. Comede fili mi mel. quia bonū est. et fauū dulcissimū gutturi tuo; sic et doctrina sapie anime tue: quā cū inveneris. habebis in novissimis spem. et spes tua nō peribit. Nō insidieris. et queras impietatē in domo iusti: neq; vastes requiem eius. Septies enī cadet iustus et resurget: impi aut corruent in malum. Cum ceciderit inimicus tuus. ne gaudeas: et in ruina eius ne exultet cor tuū; ne forte videat dns et displiceat ei: et auferat ab eo iram suam. Ne contendas cū pessimis. nec emuleris impios; qm non habēt futuror spem mali: et lucerna impiorum extinguetur. Time dm fili mi et regem. et cū detractorib; non cōmiscearis. qm repente consurget pditio eor; et ruinā utriusq; quis novit? Hec quoq; sapientibz. Cognoscere psonam in iudicio: non est bonum. Qui dicit impio. iustus es: maledicent eis popli. et detestabuntur eos tribz. Qui arguunt laudabūtur: et sup eos veniet benedictio. Labia deosculabitur: qui recta respondet verba. Prepara foris opus tuum; et dilgenter exerce agrū tuū: ut postea edifices domū tuam. Ne sis testis frustra contra proximū: ne lactes quēqm labiis tuis. Ne dicas. quomodo fecit mihi sic faciam ei: et reddam unicuiq; secm opus suum. Per agrum hōis pigri transiui. et p vineam stulti vri; et ecce totum repleverant urtice. operuerant superficiem eius spine: 7 macera lapidum destructa erat. Quod cū vidissem. posui in cor de meo: et exemplo didici disciplinam. Parum inqm dormies. modicum dormitabis; pauxillū manus conseres ut quiescas: et veniet tibi quasi cursor egestas. et mendicitas quasi vir armatus. Hec quoq; parabole salomonis. quas transtulerunt viri ezechie regis iuda. XXV

Gloria dei est celare uerbum: et gloria regum inuestigare sermonem. Celum sursum. et tra deorsum: et cor regum inscrutabile. Aufer rubiginem de argento: et egredietur uas purissimū. Aufer impietatē de uultu regis: et firmabitur iustitia thronus eius. Ne gloriosus appareas coram rege: et in loco magnoz ne steteris. Melius est enī ut dicatur tibi. ascende huc: qm̄ ut humilieris coram principe. Que uiderūt oculi tui ne proferas in iurgio cito: ne postea emendare nō possis. cum dehonestaueris amicum tuū. Causam tuam tracta cū amico tuo. et secretum extranео ne reueles: ne forte insultet tibi cū audierit. et exprobrare non cesset. Mala aurea in lectis argenteis: qui loquitur uerbū in tempore suo. Inauris aurea et margarita fulgēs: qui arguit sapientem. et aurem obedientem. Sicut frigus nius in die messis; ita legatus fidelis ei qui misit illum: et aiam eius requiescere facit. Nubes ⁊ uentus et pluuie nō sequentes: uir gloriosus et promissa non complens. Patientia lenietur princeps: et lingua mollis confringet duriciam. Mel inuenisti; comede quod sufficit tibi: ne forte saciatus euomas illud. Subtrahe pedem tuū de domo proximi tui: ne forte saciatus oderit te. Jaculum et gladius et sagitta acuta: homo qui loquitur contra proximū suum falsum testimoniū. Dens putrid. et pes lassus; qui sperat sup infideli in die angustie. et amittit pallium in die frigoris. Acetum in uulnere: qui cantat carmina cor de pessimo. Si esurierit inimicus tuus. ciba illum: si sitierit. da illi aquā bibere. Prunas enī congregabis sup caput eius: et dns reddet tibi. Ventus aquilo dissipat pluuias. et facies tristis. linguā detrahentē. Melius est sedere in angulo domatis: qm̄ cū muliere litigiosa. et in domo communi. Aq̄ frigida anime sitienti: et bonus nuncius de tra longinqua. Fons turbatus pede. et uena corrupta. iustus cadens coram impio. Sicut qui mel comedit multū. et nō est ei bonum: sic qui pscrutator ē maiestatis. opprimetur a gloria. Sicut urbs patens. et absq; muroz ambitu: ita uir qui nō potest in loquendo cohibere spm̄ suum.

CAP. XXVI

Quomodo nix estate. et pluuie in messe: sic indecens ē stulto gla. Nam sicut auis ad alta transuolans. ⁊ passer quo libet uadens: sic male dictum frustra platum. in quēpiam supueniet. Flagellū equo. et camus asino: et uirga in dorso imprudentiū. Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suā: ne efficiaris ei similis. Responde stulto iuxta stultitiā suam: ne sibi sapiens ē uideatur. Claud' pedib;

et iniquitatē bibens: qui mittit
uerba p nuntiū stultum. Quom
pulchras frustra habet claudus
tybias: sic indecens ē in ore stul
toz parabola. Sicut qui mittat
lapidem in aceruū mercurij: ita
qui tribuit insipienti honorem.
Quomodo si spina nascatur in
manu temulenti: sic parabola
in ore stultoz. Judicium determi
nat causas: et qui ponit stulto
silentium. iras mitigat. Sicut
canis qui reūertitur ad uomitum
suū: sic imprudens qui iterat
stulticiam suā. Vidisti hoīem
sapientē sibi uideri: magis illo
spem habebit insipiens. Dicit
piger. leo est in uia: leena ī itī
neribz. Sicut ostium uertitur ī
cardine suo: ita piger in lecto
suo. Abscondit piger manus sb
ascella sua: et laborat si ad os
suum eas conuerterit. Sapientioz
sibi piger uidetur: septem uiris
loquentibz sententias. Sicut q̄
apprehendit auribz canem: sic
qui transit impatiens. et cōmis
cetur rixe alterius. Sicut noxius
est qui mittit lanceas z sagittas
in mortem: ita uir qui fraudu
lenter nocet amico suo: et cum
fuerit deprehensus. dicet. Ludens
feci. Cum defecerint ligna ex
tinguetur ignis: et susurrone
subtracto. iurgia conquiescūt.
Sicut carbones ad prunas. et
ligna ad ignem: sic homo ira
cundus suscitat rixas. Verba
susurronis quasi simplicia: z ipa
pueniunt ad intima cordis. Q̄
modo si argento sordido ornare
uelis uas fictile: sic labia tumē
ta cum pessimo corde sociata.
Labijs suis intelligitur inimicus:
cum in corde tractauerit dolos.
Quando submiserit uocem suā
ne credideris ei: qm̄ septem ne
quicie sunt in corde illius. Qui
operit odium fraudulenter: re
uelabitur malicia eius ī consilio.
Qui fodit foueam. incidet in
eam: et qui uoluit lapidem. re
uertetur ad eum. Lingua fallax
nō amat ueritatē: et os lubricū
operatur ruinas. XXVII
Ne glorieris in crastinū: ig
norans quid superueniat
pariat dies. Laudet te alienus.
et non os tuū: extraneus. et nō
labia tua. Graue est saxum. et
onerosa est arēna: sed ira stulti
utroq; grauior. Ira nō habet mi
sericordiam. nec erumpēs furor:
et impetū concitatū ferre quis p
terit? Melioz est manifesta cor
rectio: qm̄ amor absconditus.
Meliora sunt uulnera diligen
tis: qm̄ fraudulenta odientis
oscula. Anima saturata calca
bit fauum: aīa esuriens etiam
amarū pro dulci sumet. Sicut
auis transmigrans de nido suo:
sic uir qui reliquit locum suū.
Vnguento et uarijs odoribz de
lectatur cor: et bonis amici con
silijs anima dulcoratur. Amicū

tuū et amicū patris tui ne dimi
seris: et domum fratris tui ne
ingrediaris in die afflictionis
tue. Melior est uicinus iuxta:
quam frater procul. Stude sapie
fili mi. et letifica cor meum: ut
possis exprobranti respondere
sermonem. Astutus uidens ma
lum. absconditus est: paruuli
transeuntes sustinuerunt dis
pendia. Tolle uestimentū eius
qui spopondit pro extraneo: et
pro alieno aufer et pignus. Q̄
benedicit proximo suo uoce gran
di. de nocte consurgens: maledi
centi similis erit. Tecta pstillan
tia in die frigoris: et litigiosa
mulier compantur. Q̄ui reti
net eam quasi qui uentum tene
at: et oleum dextere sue euacuet.
Ferrum ferro acuitur: et homo
exacuit faciem amici sui. Q̄ui
seruat ficum. comedet fructum
eius: et qui custos est dñi sui gli
ficabitur. Quomodo in aquis re
splendent uultus prospicientiū:
sic corda hominū manifesta sūt
prudentibz. Infernus et pditio
nō replebuntur: similiter et ocu
li hominū insatiabiles. Quom̄
probatur in conflatorio argentū.
et in fornace aurum: sic pbatur
homo ore laudantiū. Cor iniqui
exquirit mala: cor aūt rectū ex
quirit scientiā. Si contuderis
stultum in pila. quasi tripsanas
ferente desuper pilo: non aufe
retur ab eo stultitia ei. Diligent
agnosce uultū pecoris tui: tuosq;
greges considera. Non enī habe
bis iugiter potestatem: sed coro
na tribuetur in generatione ge
nerationū. Aperta sunt prata. et
apparuerunt herbe uirentes: et
collecta sunt fena de montibus.
Agni ad uestimentū tuū: et hedi
ad agri preciū. Sufficiat tibi lac
capratum in cibos tuos. in necel
saria domus tue: et ad uictum
ancillis tuis. XXVIII

Fugit impius nemine perse
quente: uultus autē quasi
leo confidens absq; terrore erit.
Propter pēca terre multi princi
pes eius: et ꝑpter hōis sapiām
et hoz scientiam que dicuntur.
uita ducis longior erit. Vir pau
per calumpnians pauperes: si
milis ē ymbri uehementi. i quo
paratur fames. Q̄ui derelinquit
legem. laudant impiū: qui custo
diunt. succenduntur contra eum.
Viri mali nō cogitant iudiciū:
qui aūt requirunt dñm. aīadu
tunt omnia. Melior est pauper
ambulans in simplicitate sua:
q̄m diues praus itineribz. Q̄ui
custodit legem. filius sapiens ē:
qui aūt cōmessatores pascit. con
fundit patrem suū. Q̄ui coacer
uat diuitias usuris. et fenore li
berali: in pauperes eas cōgregat.
Q̄ui declinat aurem suam ne au
diat legem: oratio ei erit execra
bilis. Q̄ui decipit iustos in uia
mala. in interitu suo corruet: et

simplices possidebunt bona eius.
Sapiens sibi uidetur uir diues: pauper autē prudens scrutabitur eum. In exaltatione iustoꝝ multa gl'a est: regnantibꝫ impis ruine hominū. Qui abscondit scelera sua nō dirigetur: qui autem cōfessus fuerit et reliquerit ea, miserecordiam consequetur. Beatus homo qui semp est pauidus: qui uero mentis ē dure, corruet ī malum. Leo rugiens et ursus esuriens: princeps impius sup pplm pauperē. Dux indigens prudentia, multos opprimet p calumpniam: qui autē odit auaritiam, longi fient dies eius. Hominē qui calumpniatur anime sanguinem: si usq; ad lacum fugerit, nemo sustinet. Qui ambulat simpliciter saluus erit: qui pueris graditur uias concidet semel. Qui operatur terram suā, saturabitur panibꝫ: qui sectatur ocium, replebitur egestate. Vir fidelis multū laudabitur: qui autē festinat ditari, nō erit innocens. Qui cognoscit in iudicio faciem nō bene facit iste: et pro buccella panis deserit ueritatem. Vir qui festinat ditari, et alios inuidet: ignorat qd' egestas supueniat ei. Qui corripit hoīem, gratiam postea inueniet apud eum: magis q̄m ille qui p lingue blandimenta decipit. Qui subtrahit aliquid a patre suo et a matre, et dicit, hoc nō est peccatū: particeps homicide est. Qui se iactat et dilatat, iurgia concitat: qui uero sperat in dño saluabitur. Qui confidit in corde suo stultus est: qui autē graditur sapienter, ipse laudabitur. Qui dat pauperi, non indigebit: qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam. Cum surrexerit impius abscondentur hoīes: cū illi perierint, multiplicabuntur iusti.

XLIX

Uiro qui corripiens tem dura ceruice contemnit: repentinus supuenet et interitus: et eum sanitas nō sequetur. In multiplicatione iustoꝝ letabitur uulgus: cū impius sumpserint principatum, gemet pplus. Vir qui amat sapiam, letificat patrem suū: qui autem nutrit scortum, perdet substantiā. Rex iustus erigit terrā: uir auarus destruet eam. Homo qui blandis fictisq; sermonibꝫ loquitur amico suo: rete expandit gressibꝫ eius. Peccantē uirum iniquū inuoluet laqueus: et iustus laudabit atq; gaudebit. Nouit iustus causam pauperū: impius ignorat sciam. Homines pestilentes dissipant ciuitatem: sapientes uero auertūt furorem. Vir sapiens si cum stulto contenderit: siue trascatur siue rideat, nō inuenier requiem. Viri sanguinū oderunt simplicem: iusti autem querūt aiam eius. Totum spm suū profert stultus: sapiens differt et reseruat in posterū. Prin

ceps qui libenter audit uba men
datu: oms ministros habet im
pios. Pauper et creditor obuiaue
runt sibi: utriusq; illuminator ē
dns. Rex qui iudicat in ueritate
pauperes: thronus et ineternū
firmabitur. Virga atq; correctio
tribuit sapiam: puer autē qui di
mittitur uoluntati sue. cōfundit
matrē suam. In multiplicatione
impioz multiplicabūtur scelera:
et ruinas eoz ipsi uidebūt. Ca
di filiū tuum et refrigerabit te: et
dabis delicias anime tue. Cū pro
pheta defecerit dissipabitur po
pulus: qui uō custodit legem. be
atus est. Seruus ubis nō potest
erudiri: quia qđ dicis intelligit.
et respondere cōtempnit. Vidisti
hoiem uelocem ad loquendum:
stultitia magis speranda est qm
illius correctio. Qui delicate a pu
ericia nutrit seruū suum: postea
sentiet eum cōtumacem. Vir ira
cundus prouocat rixas: et qui ad
indignandū facilis est. erit ad
peccata procliuior. Superbum se
quitur humilitas: et humilem
spū suscipiet gloria. Qui cū fure
participat. odit aiam suam: ad
iurantem audit. et non indicat.
Qui timet hoiem cito corruet:
qui sperat in dno subleuabitur.
Multi requirunt faciem pncipis:
et iudicium a dno egreditur sin
gulor. Abhominantur iusti uir
impiū: et abhominantur impii
eos qui in recta uia sunt. Verba
congregantis: filij uomentis.

Oracio quā locutus ē [illegible]
uir cum quo dns erat: et q
deo secum morante confortatus a
it. Stultissimus sum uiroz: et
sapia hominū non ē mecū. Non
didici sapiam: et noui scientia
scōz. Quis ascendit in celū atq;
descendit: Quis continuit spm
in manib; suis: Quis colligauit
aquas quasi in uestimēto: Quis
suscitauit omnes terminos tre:
Quod nomen eius; et qđ nomē
filij eius si nosti: Omnis sermo
dei ignitus: clipeus ē sperantib;
in se. Ne addas quicq̄m uerbis
illius: et arguaris. inueniarisq;
mendax. Duo rogaui te: ne dene
ges mihi ante quā [illegible] moriar.
Vanitatem et uerba mendacia
longe fac a me: mendicitatē et
diuicias ne dederis mi. Tribue tā
tum uictui meo necessaria; ne
forte saturatus illiciar ad negā
dum. et dicam. quis est dns: et
egestate compulsus furer. et piu
rem nomen dei mei. Ne accuses
seruū ad dnm suum: ne maledi
cat tibi. et coruas. Generatio
que patri suo maledicit: 7 que
matri sue nō benedicit. Generatio
que sibi munda uidetur: 7 tamē
non ē lota sordib; suis. Genera
tio cuius excelsi sunt oculi: et
palpebre eius in alta subrecte.
Generatio que pro dentib; gla
dios habet; et cōmandit molari
b; suis: ut comedat inopes de

terra. et pauperes ex hoīb; San
guisuge due sunt filie: dicentes.
affer affer. Tria sunt insatura
bilia: et quartum qđ numqm̄
dicit sufficit. Infernus 7 os uul
ue: et terra que numqm̄ satia
tur aqua. Ignis uero: numqm̄
dicit sufficit. Oculum qui sub
sannat patrem. et qui despicit
partum matris sue; suffodiant
eum corui de torrentib;: 7 come
dant eum filii aquile. Tria sunt
difficilia mihi; et quartū peni
tus ignoro: uiam aquile ī celo.
uiam colubri supra petram. uiā
nauis in medio mari. et uiā uiri
in adolescentia. Talis est et uia
mulieris adultere: q̄ comedit. et
tergēs .. ui os suum. dicit. Non
sum operata malū. Per tria mo
uetur terra. et quartum qđ nō
potest sustinere; p seruum cum
regnauerit. p stultum cū satura
tus fuerit cibo. p odiosam mulie
rem cū in matrimoniū fuerit as
sumpta: et p ancillam cū fuerit
heres dñe sue. Quatuor sūt mi
nima terre: et ipa sunt sapienti
ora sapientib;. Formice popls in
firmus: qui preparant in messe
cibum sibi. Lepusculus plebs in
ualida: qui in petra cubile suū
collocat. Regem locusta nō ha
bet: et egreditur universa per
turmas. Stellio manib; nititur:
et moratur in edib; regis. Tria
sunt que bene graduntur: et
quartum qđ incedit feliciter. Leo
fortissimus bestiarū: ad nullius
pauebit occursum. Gallus succin
ctus lumbos. Et aries: nec ē rex
qui resistat ei. Et qui stultus ap
parierit: postqm̄ eleuatus ē in
sublime. Si enim intellexisset: or
imposuisset manū. Qui autem
fortiter premit ubera ad eliciē
dum lac: exprimit butirum. Et
qui uehementer emungit: elicit
sanguinē. Et qui prouocat iras:
producit discordias. XXX

Verba lamuelis regis: uisio
qua erudiuit eum mater
sua. Quid dilecte mi: Quid dile
cte uteri mei: Quid dilecte uoto
rum meor: Ne dederis mulieri;
substantiam tuam: et diuitias
tuas ad delendos reges. Nolī re
gib; o lamuel. nolī regib; dare u
num; quia nullū secretum ē ubi
regnat ebrietas: ne forte bibant
et obliuiscantur iudicior 7 mu
tent causam filior pauperis. Date
siceram merentib;: et uinū his
qui amaro sunt animo. Bibant
et obliuiscantur egestatis sue:
et dolores nō recordentur amplius.
Aperi os tuū muto: et causis
omniū filior qui ptranseūt. Ape
ri os tuum; decerne qđ iustum
est: et iudica inopem et pauperē.
Mulierem fortem quis Aleph
inueniet: Procul et de ultī
mis finib; pretium eius. Beth Con
fidit in ea cor uiri sui: et spolis
nō indigebit. Gimel Reddet ei bo
num et nō malum: omnib; dieb;

uxore sue. Deleth Que[re]uit lanam
et linum: et operata est consilio
manuū suaꝝ. He Facta est quasi
naus institoris: de longe portans panem suū. Vau Et de nocte
surrexit: deditq; predam domesticis suis. et cibaria ancillis suis.
Zai Consideravit agrum et emit
eum: de fructu manuū suarum
plantavit vineam. Heth Accinxit
fortitudine lumbos suos: et roboravit brachiū suū. Theth Gustavit et vidit quia bona est negotiatio eius: non extinguetur in
nocte lucerna eius. Joth Manū
suam misit ad fortia: et digiti ei⁹
apprehenderunt fusum. Caph Manum suā aperuit inopi: et palmas suas extendit ad paupere.
Lamech Non timebit domui sue
a frigoribus nimis: omnes enī domestici eius vestiti duplicibus.
Men Stragulatam vestem fecit
sibi: byssus et purpura indumentum eius. Nun Nobilis in portis
vir eius: quando sederit cū senatoribus terre. Samech Sindonē fecit et vendidit: et cingulum tradidit chananeo. Ayn Fortitudo et
decor indumentū eius: et ridebit
in die novissimo. Phe Os suum
aperuit sapie: et lex clementie ī
lingua eius. Sade Considerauit
semitas domus sue: et panem otiosa nō comedit. Coph Surrexerunt filii eius; et beatissimā predicaverunt: vir eius et laudavit
eam. Res Multe filie congregauerunt divitias: tu supgressa
es universas. Syn Fallax grā et
vana est pulchritudo: mulier
timens deum ipsa laudabitur.
Thau Date ei de fructu manuū
suaꝝ: et laudent eam in portis
opera eius. Explicunt proverbia
salomonis. Incipit prologus in
librum ecclesiastes.

Semini me hoc ferme
quinquennio cū adh⁹
rome eē. et ecclesiasten sancte blesille legerem. ut e
am ad contemptū huius mundi
provocarem. et omne qđ in mundo cerneret putaret ēe pro nichilo; rogatum ab ea ut in morem
cōmentarioli obscura quęq; dissererem: ut absq; me posset intelligere que legebat. Itaq; qm in p
cinctu nri opis. subita morte
subtracta ē. et nō meruimus o
paula et eustochiū talem utere
nre habere consortem. tantoq;
vulnere percussus tunc obmutui;
nunc in bethleem positus. angustiore videlicet civitate. et illius
memorie et vobis reddo quod debeo: hoc breviter āmonens. qđ
nullius auctoritatem secutus
sum. sed de hebreo transferens.
magis me septuaginta interp̄
tum consuetudini coaptaui. in
hys dumtaxat que non multū
ab hebraicis discrepabant. Interdum aquile quoq; et symachi. et
theodotionis recordatus sum. ut
nec novitate nimia lectoris stu-

dium deterrerem: nec turbū contra conscientiā meam. fonte ueritatis omisso. opinionū riuulos consectarer. Explicit prolog.

Incipit liber ecclesiastes.

Verba ecclesiastes: filij dauid regis iherlim. Vanitas uanitatū dixit ecclesiastes: uanitas uanitatū. et omnia uanitas. Quid habet amplius homo de uniuerso labore suo. quo laborat sub sole? Generatio preterit: et generatio aduenit: terra uero in eternum stat. Oritur sol et occidit: et ad locū suū reuertitur: ibiq; renascens. girat p meridiem: et flectitur ad aquilonem. Lustrans uniuersa in circuitu pergit sps: et in circulos suos reuertitur. Omnia flumina intrant in mare: et mare nō redundat. Ad locum unde exeunt flumina reuertuntur: ut iterū fluant. Cuncte res difficiles: nō potest homo eas explicare sermone. Non saturatur oculus uisu: nec auris impletur auditu. Quid ē qđ fuit? ipm quod futurum est. Quid est qđ factum ē? ipm qđ faciendum ē. Nichil sub sole nouum: nec ualet quisq̄m dicere. ecce hoc recens ē. Jam enim precessit in seculis: que fuerūt ante nos. Non ē prioz memoria: sed nec eoz quidem que postea futura sūt. erit recordatio apud eos qui futuri sūt in nouissimo. Ego ecclesiastes fui rex isrl' in iherlim: et proposui in animo meo. querere et inuestigare sapienter. de oībz que fiunt sub sole. Hanc occupationē pessimā dedit deus filijs hominū: ut occuparentur in ea. Vidi cuncta que fiunt sub sole: et ecce uniuersa uanitas. et afflictio sps. Peruersi difficile corrigūtur: et stultoz infinitus est numerus. Locutus sum in corde meo: dices. Ecce magnus effectus sum. et p̄cessi sapientia oēs qui fuerunt ante me in iherlim: et mens mea cōtemplata est multa sapienter. et didici. Dediq; cor meum ut scirem prudentiam atq; doctrinam: erroresq; atq; stulticiā. Et agnoui quod in his quoq; ēet labor et afflictio sps: eo quod in multa sapia multa sit indignatio: et q̄ addit scientiā. addit et dolorem.

Dixi ergo in corde meo. Vadam et affluam deliciis: et fruar bonis. Et uidi quoq; qđ hoc ēet uanitas. Risumq; reputaui errorem: et gaudio dixi. Quid frustra deciperis? Cogitaui in corde meo. abstrahere a uino carnem meā. ut animū meum transferrem ad sapiam. deuitaremq; stulticiam; donec uiderem quid ēet utile filijs hominū: quo facto opus ē sub sole numero dierum uite sue. Magnificaui opera mea. Edificaui mi domos. et plantaui uineas; feci ortos et

pomeria: et conseui ea cuncti ge
neris arboribz. Et extruxi m pis
cinas aquaz: ut irrigarem siluā
lignoz germinantium. Possedi
seruos et ancillas. multamq; fa
miliam habui; armenta quoq; 7
magnos ouium greges: ultr̄ om
nes qui fuerūt ante me in ihrlm.
Coaceruaui m argentū et aurū:
et substantias regum et puntiay.
Feci m cantoz̄es et cantatrices. et
delicias filioz hominū: ciphos 7
urceolos in ministerio ad una
fundenda. Et supgressus sum opi
bz: oms qui ante me fuerunt in
ihrlm. Sapīa quoq; pseuerauit
mecū; et oīa que desiderauerūt
oculi mei nō negaui eis: nec prohi
bui cor meū. quin oīi uoluptate
frueretur. et oblectaret se in hys q̄
paraueram. Et hanc ratus sum
partem meā: si uteret labore meo.
Cumq; me conuertissem ad unūsa
opa que fecerant manus mee. et
ad labores in quib; frustra sudā
ueram; uidi in omnib; uanitatē
et afflictionē animi: et nichil p
manere sub sole. Transiui ad con
templandā sapīam: erroresq; et
stultitiā. Quid est inq̄m homo;
ut sequi possit regem factorē su
um: Et uidi q̄a tantum p̄cederet
sapīa stultitiam: q̄ntum differt
lux a tenebris. Sapientis oculi in
capite eius: stultus i tenebris am
bulat. Et didici: qd̄ unus utriq;
eēt interitus. Et dixi i corde meo.
Si unus et stulti et mis occasus
erit; quid m̄ prodest qd̄ maiorem
sapīe dedi operam: Locutusq; sū
cū mente mea: animadūti qd̄ hoc
quoq; eēt uanitas. Non enim erit
memoria sapientis. similiter ut
stulti in ppetuū: et futura tempa
obliuione cuncta pariter opient.
Moritur doctus simulē et indoct⁹.
Et idcirco tediuit me uite mee:
uidentē mala unūsa ee sub sole.
et cuncta uanitatē atq; afflictio
nem spūs. Rursus detestatus sum
omnē industriam meā. qua sub
sole studiosissime laboraui; habi
turus heredem post me. quem ig
noro utrū sapiens an stultus fu
turus sit: et dñabitur in laboribz
meis. quibz desudaui. et sollicitus
fui. Et est q̄q̄m tam uanū: Vnde
cessaui: renunciauitq; cor meum
ultra laborare sub sole. Nam cū
alius laboret in sapīa et doctrina
et sollicitudine: et homini ocioso
quesita dimittit. Et hoc g̃ uani
tas: et magnū malū. Quid enī
proderit homini de unūsolo labore
suo. et afflictione spūs; qua sub so
le cruciatus ē: Cuncti dies eius
doloribz et erumpnis pleni sunt:
nec p noctem mente requiescit.
Et hoc nonne uanitas est: Non
ne melius ē comedere et bibere; et
ostendere anime sue bona de labo
ribz suis: Et hoc de manu dei est.
Quis ita uorabit; et deliciis af
fluet ut ego: Homini bono in cō
spectu suo: dedit ds sapīam et
scīam et letitiam. Peccatori aūt

dedit afflictionē et curam supflu
am: ut addat et congreget. 7 tra
dat ei qui placuit deo. Sed et hoc
uanitas: 7 cassa sollicitudo mtis.

Omnia tempus ha III
bent: et suis spatis transe
unt uniuersa sub celo. Tempus na
scendi: et tempus moriendi. Temp⁹
plantandi: et tempus euellendi.
qd plantatū est. Tempus occiden
di: et tempus sanandi. Tempus
destruendi: et tempus edificandi.
Tempus flendi: et tempus riden
di. Tempus plangendi: et temp⁹
saltandi. Tempus spargendi la
pides: et tempus colligendi. Tem
pus amplexandi: et tempus lon
ge fieri ab amplexib⁹. Tempus
acquirendi: et tempus pdendi.
Tempus custodiendi: et temp⁹
abiciendi. Tempus scindendi: 7
tempus consuendi. Tempus ta
cendi: et tempus loq̄ndi. Temp⁹
dilectionis: et tempus odij. Tem
pus belli: et tempus pacis. Q'd
habet amplius homo de labore
suo? Vidi afflictionē quā dedit
ds filijs hominū: ut distendan
tur in ea. Cuncta fecit bona in
tempore suo; et mūdū tradidit
disputationi eor̄: ut n̄ inueniat
homo opus qd operatus est ds ab
initio usq; in finem. Et cognou
qd non ēet melius: nisi letari et
facere bene in uita sua. Omnis
enī homo qui comedit et bibit.
et uidet bonum de labore suo:
hoc donū dei est. Didici qd' om
nia opa que fecit ds: pseuerent i
eternum. Non possumus eis q̄q̄m
addere uel auferre: que fecit ds
ut timeatur. Qd' factum ē. ipsū
pmanet; que futura sunt iam
fuerunt: et ds instaurat qd' abiit.
Vidi sub sole in loco iudicij impi
etatem: et in loco iustitie iniqu
tatē. Et dixi in corde meo. Justū
et impiū iudicabit ds: et temp⁹
omnis rei tunc erit. Dixi i corde
meo de filijs hominū; ut pbaret
eos ds: et ostenderet similes esse
bestijs. Idcirco unus interitus est
hominis et iumentor̄: et equa u
triusq; conditio. Sicut moritur ho
mo: sic et illa moriuntur. Similit
spirant omnia: et nichil habet
homo amplius iumēto. Cuncta
subiacent uanitati: et omnia p
gunt ad unū locum. De terra fac
ta sunt: et in terrā pariter reuer
tuntur. Quis nouit si sps filior̄
ade ascendat sursum; 7 si sps
iumentor̄ descendat deorsum? Et
deprehendi nichil ēe melius. q̄m le
tari hoīem in opere suo: et hanc
ēe partem illius. Quis enī eum
adducet; ut post se futura cognoscat?

Reuerti me ad alia; et III
uidi calumpnias que sub
sole geruntur. et lacrimas innocē
tium. et neminē consolatorem:
nec posse resistere eor̄ uiolentie.
cunctor̄ auxilio destitutos. Et
laudaui magis mortuos q̄m ui
uentes; et feliciorem utroq; iudi
caui qui necdum natus est: nec

udit mala que sub sole fiũt. Rursum cõtemplatus sum omnes labores hominũ: et industrias aiãduerti patere inuidie proximi. Et in hoc ergo: uanitas et cura superflua est. Stultus complicat manus suas: et comedit carnes suas dicens. Melior est pugillus cum requie: quã plena utraq; manus cum labore et afflictione animi. Conspexi rursum et aliam uanitatem sub sole. Unus est et secũdus non habet. non filium. non fratrem: et tamen laborare non cessat. nec saciantur oculi eius diuitijs: nec recogitat dicens. Cui laboro: et fraudo aiam meam bonis? In hoc quoq; est uanitas: et afflictio pessima. Melius ergo sunt duos esse simul. quam unum: habent enim emolumentũ societatis sue. Si unus ceciderit: ab altero fulcietur. Ve soli: quia cum ceciderit. non habet subleuantem se. Et si dormierint duo: fouebũtur mutuo. Unus quomodo calefiet? Et si quispiam preualuerit contra unum: duo resistent ei. Funiculus triplex: difficile rumpitur. Melior est puer pauper et sapiens rege stulto et sene: qui nescit prouidere in posterum. qd et de carcere cathenisq; interdum quis egrediatur ad regnũ: et alius natus in regno inopia consumatur. Vidi cunctos uiuentes qui ambulant sub sole. cum adolescente secundo: qui consurget pro eo. Infinitus numerus est populi omnium qui fuerunt ante eũ: et qui postea sunt futuri non letabuntur in eo. Sed et hoc uanitas: et afflictio spiritus. Custodi pedem tuum ingrediens domum dei: et appropinqua ut audias. Multo enim melior est obedientia. quã stultorum uictime: qui nesciunt quid faciant mali.

V

De temere quid loquaris: neq; cor tuum sit uelox ad proferendũ sermonem coram deo. Deus enim in celo. et tu super terram: ideirco sint pauci sermones tui. Multas curas sequuntur somnia: et in multis sermonibus inuenietur stultitia. Si quid uouisti deo. ne moreris reddere: displicet enim ei. infidelis et stulta promissio: sed quodcunq; uoueris redde. Multoq; melius est non uouere: quã post uotum promissa non reddere. Ne dederis os tuum. ut peccare faciat carnem tuam: neq; dicas coram angelo. non est prouidentia: ne forte iratus deus super sermones tuos. dissipet cuncta opera manuum tuarum. Ubi multa sunt somnia. plurime uanitates: et sermones innumeri. Tu uero dñm time. Si uideris calumpnias egenorum. et uiolenta iudicia. et subuerti iusticiam in prouincia. non mireris super hoc negocio: quia excelso excelsior est. et alius. et super hos quoq; eminentiores sunt alii: et insuper uniuerse terre rex imperat seruienti. Auarus non implebitur pecunia: et q

amat diuitias. fructus ñ capiet ex eis. Et hoc ꝯ uanitas. Vbi multe sunt opes: et multi qui cõmedunt eas. Et quid ꝓdest possessori; nisi qđ cernit diuicias oculis suis? Dulcis est somnus opanti: siue parum siue multũ cõmedat. Saturitas aũt diuitis: nõ sinit eum dormire. Est et alia infirmitas pessima quã uidi sub sole: diuicie conseruate in malũ dñi sui. Pereunt enĩ: in afflictione pessima. Generauit filium: qui in summa egestate erit. Sicut egressus ẽ nudus de utero matris sue. sic reuertetur: et nichil auferet secum de labore suo. Miserabilis ꝓrsus infirmitas. Quomodo uenit: sic reũtetur. Quid ergo ꝓdest ei; quod laborauit in uentum? Cunctis diebus uite sue comedit in tenebris et in curis multis: et in erumpna atq; tristicia. Hoc itaq; mihi uisum ẽ bonũ; ut comedat quis et bibat. et fruatur letitia ex labore suo quo laborauit ipe sub sole. numero dierũ uite sue quos dedit ei ds: et hec est pars illius. Et omni homini cui dedit ds diuitias atq; substãtiam. potestatemq; ei tribuit ut comedat ex eis. et fruatur parte sua. et letetur de labore suo: hoc est donum dei. Non enĩ satis recordabitur dierũ uite sue: eo qđ ds occupet delicijs cor ei. VI

Est et aliud malum qđ' uidi sub sole: et quidem frequẽs apud hõies. Vir cui dedit ds diuitias et substantiã et honorem. et nichil deest anime sue ex omnibus que desiderat; nec tribuit ei potestatem ds ut comedat ex eo: sed homo extraneus uorabit illud. Hec uanitas et magna miseria ẽ. Si genuerit quispiam centũ liberos. et uixerit multos annos. et plures dies etatis habuerit. et anima illius nõ utatur bonis substantie sue. sepultura q̃ careat: de hoc ego ꝓnuntio. qđ' melior illo sit abortiuus. Frustra enim uenit et pergit ad tenebras: et obliuione delebitur nom eius. Non uidit solem: nec cognouit distantiam boni et mali. Etiam si duobus milibus annis uixerit. et nõ fuerit ꝓ fruitus bonis; nonne ad unũ locum ꝓperant omnia? Omnis labor hominis in ore eius: sed aĩa illius nõ implebitur. Quid habet amplius ab stulto sapiens; et quid paup. nisi ut pgat illuc ubi est uita? Melius est uidere qđ' cupias: q̃m desiderare qđ' nescias. Sed et hoc uanitas ẽ: et presumptio sps. Qui futurus ẽ. iam uocatũ est nom eius; et scitur qđ' homo sit: et non possit contra fortiorẽ se in iudicio contendere. Verba sunt plurima: multamq; in disputando uanitatẽ habẽtia. VII

Quid necesse est homini mirabilia se querere; cũ ignoret quid conducat sibi in uita sua. numero dierũ pegrinationis sue.

et tempore qđ uelut umbra ꝑteriit:
Aut quis ei poterit indicare: quid
post eum futurum sub sole sit: Me
lius ē nomen bonū q̄m unguenta
pciosa: et dies mortis. die natiui
tatis. Melius ē ire ad domū luc
tus: q̄m ad domū conuiuij. In il
la enim finis cunctoꝝ āmonetur
hominū: et uiuens cogitat quid
futurum sit. Melior est ira risu:
quia ꝑ tristiciam uultus. corrigi
tur animus delinquentis. Cor sapi
entiū ubi tristicia est: et cor stultoꝝ
ubi letitia. Melius est a sapiente
corripi. q̄m stultoꝝ adulatione de
cipi: quia sicut sonitus spinaꝝ ar
dentium sub olla. sic risus stulti.
Sꝫ et hoc uanitas. Calumpnia cō
turbat sapientē: et perdet robur
cordis eius. Melior est finis oratio
nis: q̄m principiū. Melior est paci
ens: arrogante. Ne sis uelox ad ira
scendum: quia ira in sinu stulti
requiescit. Ne dicas. Quid putas
causę est. qđ priora tempa meliora
fuere. q̄m nunc sunt: Stulta est
enī huiuscemodi interrogatio. Utili
or enim ē sapia cum diuitijs: et
magis ꝑdest uidentibꝫ solem. Si
cut enim protegit sapia: sic ptegit
pecunia. Hoc aūt plus habet eru
ditio et sapientia: qđ uitam ti
buunt possessori suo. Considera
opa dei: qđ nemo possit corrigere
quem ille despexerit. In die bona
fruere bonis: et malam diem pre
caue. Sicut enī hanc sic et illam
fecit ds: ut nō inueniat homo
contra eū iustas querimonias. Hec
quoq; uidi in diebus uanitatis
mee. Justus perit in iustitia sua:
et impius multo uiuit tempore i
ſua malicia. Noli ē iustus multū;
neq; plus sapias q̄m necesse ē: ne
obstupescas. Ne impie agas mul
tum; et noli ē stultus: ne moria
ris in tempore nō tuo. Bonū est
te sustentare iustum; sꝫ et ab illo
ne subtrahas manū tuam: quia
qui timet dñm nichil negligit. Sa
pientia confortauit sapientē: sup
decem principes ciuitatis. Non est
enī iustus homo in terra: qui fa
ciat bonum. et non peccet. Sed et
cunctis sermonibꝫ qui dicūtur ne
accōmodes cor tuū: ne forte audi
as seruū tuū maledicentem tibi.
Scit enī conscientia tua: qđ tu
crebro maledixisti alijs. Cuncta
temptaui in sapia. Dixi; sapiens
efficiar: et ipa longius recessit a
me. multo magis q̄m erat. Et al
ta ꝑfunditas; quis inueniet eā?
Lustraui uniuersa animo meo;
ut scirem et considerarem et que
rerem sapiam et rationē: et ut
cognoscerem impietatē stulti. et
errorem imprudentiū. Et inuen
amariorem morte mulierē; que
laqueus uenatoꝝ est. et sagena
cor eius: uincula sūt manus illi.
Qui placet deo. effugiet illam:
qui aūtē peccatoꝝ est. capietur
ab illa. Ecce hoc inueni. dixit ec
clesiastes. unū et alterum. ut in
uenirem rationem quam adhuc

quent aīa mea: et nō inuēni. Vi
rum de mille unū reperi: mulie
rem ex omnibz nō inuēni. Solū
modo hoc inuēni: qm fecerit ds
hoiem rectum: et ipse se ifinitis
miscuerit quēstionibz. Quis ta
lis ut sapiens est. et quis nouit
solutionem uerbi?

VIII

Sapientia hōis lucet in uultu
eius: et potentissimus faciē
illius cōmutauit. Ego os regis
obserua: et pcepta iuramēti dei.
Ne festines recedere a facie eius.
neq; pmaneas in opere malo: qa
omne qd uoluerit faciet. et ser
mo illius potestate plenus est:
nec dicere ei quisqm potest. qre
ita facis. Qui custodit pceptū:
nō expietur quicqm mali. Tem
pus et responsionē: cor sapientis
intelligit. Omni negocio temp⁹
est et oportunitas: et multa ho
minis afflictio: qui ignorat pte
rita. et futura nullo scire potest
nuncio. Non est in hōis ditione
phibere spm: nec habet potesta
tem in die mortis. nec sinitur q̄
escere ingruente bello: neq; sal
uabit impietas impiū. Omnia
hec consideraui: et dedi cor meū
in cunctis operibz que fiunt sub
sole. Interdum dñatur homo ho
mini: in malū suū. Vidi impios
sepultos: qui etiā cum adhuc ui
uerent in loco scō erant: et lau
dabantur in ciuitate. quasi iustoz
opum. Sed et hoc uanitas est.
Etenī quia nō pfertur cito cōtra
malos sententia: absq; timore ul
lo filij hominū ppetrant mala. Ar
tamen peccatoz ex eo qd centies
facit malum. et per patientiā
sustentatur: ego cognoui qd erit
bonū timentibz dm. qui uerent
faciem eius. Non sit bonum im
pio: nec plongentur dies eius: sz
quasi umbra transeant. qui non
timent faciem dñi. Est et alia
uanitas: que fit sup terrā. Sunt
iusti quibz mala puenīunt: quasi
opera egerint impioz. Et sunt
impij: qui ita securi sunt quasi
iustoz facta habeant. Sz et hoc:
uanissimū iudico. Laudaui igit
letitiam. qd non ēet homini bo
nū sub sole. nisi qd comederet et
biberet atq; gauderet: et hoc so
lum secum afferret de labore suo:
in dieb; uite sue quos dedit ei ds
sub sole. Et apposui cor meum ut
scirem sapiam: et intelligerē dis
tinctionē que uersatur in terra.
Est homo: qui diebz ac noctibz
somnū nō capit oculis. Et in
telleri qd omnū operum dei nul
lam possit homo inuenire ratio
nem: eoz que fiunt sub sole. Et
quanto plus laborauerit ad que
rendum: tanto minus inueniet.
Etiā si dixerit sapiens se nosse:
non poterit reperire. Omnia her
tractaui in corde meo: ut curiose

IX

intelligerem.

Sunt iusti atq; sapientes: et
opera eoz in manu dei: et tamē
nescit homo utrū amore an odio

dignus sit. sed omia in futuro ser
uantur incerta: eo qđ unuersa
eque eueniant iusto et impio. bo
no et malo. mundo et imundo: i
molanti uictimas et sacrificia cō
tempnenti. Sicut bonus. sic et pec
cator: ut purus. ita et ille qui
uerum deierat. Hoc est pessimū
inter omnia que sub sole fiunt:
qa eadem cunctis euenīt. Un
de et corda filioz hominū implē
tur malicia et contemptu i uita
sua: et post hec ad inferos dedu
centur. Nemo est q semp uiuat:
et qui huius rei habeat fiduci
am. Melior est canis uiuus: leo
ne mortuo. Uiuentes enī sciunt
se ee morituros: mortui uero ni
chil nouerunt amplius. nec ha
bent ultra mercedem: quia obli
uioni tradita est memoria eoz.
Amor quoq; et odium et inuidie
simul pierunt: nec habent partē
in hoc seculo. et in opere qđ sub
sole geritur. Uade ergo et comede
in letitia panem tuum: et bibe
cum gaudio uinū tuū: quia deo
placent opa tua. Omī tempore
sint uestimenta tua candida:
et oleum de capite tuo ñ deficiat.
Perfruere uita cum uxore quā
diligis: cunctis diebz uite insta
bilitatis tue. qui dati sunt tibi
sub sole. omni tempore uanitatis
tue. Hec est enī pars in uita. et
in labore tuo: quo laboras sub
sole. Quodcūq; potest facē ma
nus tua instanter operare: qa
nec opus. nec ratio. nec scientia. ñ
sapientia. erunt apud inferos q
tu properas. Uerti me ad aliud:
uidiq; sub sole. nec uelocium esse
cursum. nec fortium bellū. nec sa
pientiū panem. nec doctoz diuici
as. nec artificum gram: sed tem
pus casumq; in omnibz. Nescit
homo finem suū: sz sicut pisces
capiuntur hamo. et sicut aues
comphenduntur laqueo: sic ca
piuntur hoies tempore malo. cū
eis extemplo supueneri. Hanc q;
sub sole uidi sapiam: et pbaui
maximā. Ciuitas parua et pauci
in ea uiri: uenit contra eam rex
magnus. et uallauit eam. extru
xitq; munitiones p gyrum: et p
fecta est obsidio. Inuentus q; in
ea uir paup et sapiens: liberauit
urbem p sapiam suam: et nullus
deinceps recordatus est hominis
illius pauperis. Et dicebam ego:
meliorem ee sapiam fortitudine.
Quomodo ergo sapia pauperis
est contempta. et uerba illius nō
sunt audita: Uerba sapientiū
audiuntur in silentio: plus qm
clamor principis inter stultos. Me
lior est sapia: qm arma bellica.
Et qui in uno peccauerit: mul
ta bona perdet. X
Muscę morientes: perdunt
suauitatē unguenti. Preciosior
est sapia. paruaq; gloria: ad
tempus stultitia. Cor sapientis
in dextera eius: et cor stulti in si
nistra illius. Sz et in uia stultus

ambulans: cū ipse insipiens sit. omēs stultos estimat. Si spūs potestatem habentis ascenderit sup te. locum tuū ne dimiseris: quia curatio cessare faciet peccata maxima. Est malū quod vidi sub sole. quasi p errorem egrediens a facie principis; positum stultū in dignitate sublimi: et divites sedere deorsum. Vidi seruos in equis: et principes ambulantes q̄si seruos sup terram. Qui fodit foueam incidet in eam: et qui dissipat sepem. mordebit eū coluber. Qui transfert lapides. affligetur in eis: et qui scindit ligna. vulnerabitur ab eis. Si retusum fuit ferrum. et hoc non ut prius. sed hebetatum fuerit: multo labore exacuetur. Et post industriam: sequetur sapia. Si mordeat serpens in silentio: nichil eo minus habet qui occulte detrahit. Verba oris sapientis. gratia: et labia ī sipientis p̄cipitabunt eū. Initiū uerboꝝ eius stultitia: et nouissimū oris illius error pessimus. Stultus uerba multiplicat. Ignorat homo qd̄ ante se fuerit: et quod post futurū est. quis illi poterit indicare. Labor stultoꝝ affligeret eos: qui nesciunt ī urbem p̄gere. Ve tibi terra cuius rex puer est: et cuius p̄cipes mane comedūt. Beata terra cuius rex nobilis ē: et cuius p̄cipes uescuntur in tempore suo. ad reficiendum et nō ad luxuriam. In pigritiis humiliabitur contignatio: et in infirmitate manuū pstillabit dom⁹. In risu faciunt panem et uinum: ut epulentur bibentes. Et pecunie obediunt omnia. In cogitatione tua regi ne detrahas: et in secreto cubiculi tui. ne maledixeris diuiti: quia et aues celi portabūt uocem tuam. et qui habet pennas annūtiabit sententiam. XI

Mitte panem tuū sup transeuntes aquas: q̄a post multa tempa inuenies illū. Da partes. septem necnon et octo: quia ignoras quid futurum sit mali sup terrā. Si repletę fuerint nubes: ymbrem sup terrā effundēt. Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonē: in quocūq; loco ceciderit. ibi erit. Qui obseruat uentum nō seminat: et qui cōsiderat nubes. numq̄m metet. Quo modo ignoras que sit uia spūs. et qua ratione compingantur ossa in uentre pregnantis: sic nescis opera dei qui fabricator est oīum. Mane semina semen tuū. et uespere ne cesset manus tua; quia nescis quid magis oriatur hoc aut illud: et si utrumq; simul. melius erit. Dulce lumen. et delectabile est oculis uidere solem. Si annis multis uixerit homo. et in his omnibus letus erit; meminisse debet tenebrosi temporis. et dierum multoꝝ: qui cū uenerint. uanitatis arguuntur p̄terita. Letare ergo iuuenis ī ado

lescentia tua. et in bono sit cor tu
um. in diebz iuuentutis tue; et
ambula in uijs cordis tui. et in
intuitu oculoz tuoz: et scito qd'
pro omnib; hijs adducet te ds in
iudiciū. Aufer iram a corde tuo:
et amoue malitiam a carne tua.
Adolescentia enim et uoluptas
uana sunt. XII
Memento creatoris tui in diebz
iuuentutis tue. ante qm̄ ueniat
tempus afflictionis. et appropin
quent anni de quib; dicas. non
michi placent; ante qm̄ tenebres
cat sol. et lumen et stelle et luna:
et reuertantur nubes post pluuiam.
Quando cōmouebuntur custodes
domus. et nutabunt uiri fortissi
mi; et otiose erunt molentes in
minuto numero. et tenebrescent
uidentes p foramina. et claudent
ostia in platea. in humilitate uo
cis molentis. et consurgent ad uo
cem uolucris: et obsurdescēt om
nes filie carminis. Excelsa quoq;
timebunt: et formidabunt in uia.
Florebit amigdalus. impinguа
bitur locusta. et dissipabitur cap
paris; qm̄ ibit homo in domum
eternitatis sue: et circuibunt in
platea plangentes. Antequm̄ rum
patur funis argenteus. et recur
rat uitta aurea; et conteratur y
dria sup fontem. et confringatur
rota super cisternam. et reuertatur
pulus in terrā suam unde erat:
et sps̄ redeat ad eum qui dedit il
lum. Vanitas uanitatum dixit
eccl'astes: et omnia uanitas. Cūq;
eēt sapientissimus eccl'astes. docu
it populū; et enarrauit que fecerat:
et inuestigans composuit para
bolas multas. Quesiuit uerba
utilia: et conscripsit sermones
rectissimos. ac ueritate plenos.
Verba sapientiū sicut stimuli;
et quasi claui in altum defixi:
que p magistroz consiliuū data
sunt a pastore uno. Hijs amplius
fili mi ne requiras. Faciendi plu
res libros nullus est finis: freqns
q; meditatio. carnis est afflictio.
Finem loquendi: pariter oīes
audiamus. Deum time. et man
data eius obserua: hoc ē omnis
homo. Cuncta que fiunt adduc
et ds in iudicium: pro omni er
rato. siue bonū siue malum sit.
Explicit liber ecclesiastes. Incipi
unt cantica can
Osculetur me ticoz.
osculo oris sui.
Quia meliora
sunt ubera tua
uino: fragrātia
unguentis optimis. Oleum effu
sum nomen tuū: ideo adolescen
tule dilexerunt te. Trahe me p̄t
te: curremus in odore unguentoz
tuoz. Introduxit me rex in cella
ria sua. Exultabimus et letabi
mur in te: memores uberū tuoz
sup uinum. Recti diligunt te.
Nigra sum sed formosa filie ihe
rlm: sicut tabernacula cedar. sic
pelles salomonis. Nolite me con

siderare quod fusca sum: quia
decoloravit me sol. Filii matris
mee pugnaverunt contra me.
Posuerunt me custodem in vi
neis: vineam meam non custo
divi. Indica mihi quem diligit
anima mea; ubi pascas. ubi cu
bes in meridie: ne vagari incipi
am post greges sodalium tuorum.
Si ignoras te o pulcherrima in
ter mulieres; egredere. et abi pe
restigia gregum: et pasce hedos
tuos iuxta tabernacula pastor.
Equitatui meo in curribus phara
onis: assimilavi te amica mea.
Pulchre sunt gene tue sicut tur
turis: collum tuum sicut moni
lia. Murenulas aureas facie
mus tibi: vermiculatas argen
to. Cum esset rex in accubitu suo:
nardus mea dedit odorem suū.
Fasciculus murre dilectus meus
mihi: inter ubera mea cōmo
rabitur. Botrus cypri dilectus
meus mihi: in vineis engaddi.
Ecce tu pulchra es amica mea.
ecce tu pulchra: oculi tui colum
barū. Ecce tu pulcher es dilē
mi: et decorus. Lectulus noster
floridus. Tigna domorum nostrarum
cedrina: laquearia nra cypressi
Ego flos campi: Et
et lilium convallium. Sic
ut lilium inter spinas: sic amī
ca mea inter filias. Sicut malus
inter ligna silvarum: sic dilec
tus meus inter filios. Sub um
bra illius quē desideraverā sedi:
et fructus ei dulcis gutturi meo.
Introduxit me rex in cellam vina
riam: ordinavit in me caritatē.
Fulcite me floribus; stipate me
malis: quia amore langueo. Le
va eius sub capite meo: et dextē
ra illius amplexabitur me. Adju
ro vos filie iherlm per capreas cer
vosq; camporum; ne suscitetis neq;
evigilare faciatis dilectam: do
nec ipsa velit. Vox dilecti mei.
Ecce iste venit. saliens in monti
bus: et transiliens colles. Simi
lis est dilectus meus: capree
hinnuloq; cervorum. Ecce ipse stat
post parietem nrm: respiciens
p fenestras. prospiciens per can
cellos. Ecce dilectus mus loquitur
mihi. Surge propera amica
mea. columba mea. formosa me
a: et veni. Jam enim hiemps
transiit: imber abiit et recessit.
Flores apparuerunt in tra nra:
tempus putationis advenit. Vox
turturis audita est in tra nra.
Ficus protulit grossos suos: vi
nee florentes dederunt odorem
suum. Surge amica mea. spe
ciosa mea. et veni: columba me
a. in foraminibus petre. i caverna
macerie. Ostende mihi faciem
tuam: sonet vox tua in auri
meis. Vox enim tua dulcis: et
facies tua decora. Capite nobis
vulpes parvulas. que demoli
untur vineas: nam vinea nra
floruit. Dilectus meus mihi et
ego illi; qui pascitur inter lilia:

donec aspiret dies. et inclinent umbre. Reuertere. similis esto dilecte mi capree hinnuloq; cer uor. sup montes bether. III

In lectulo meo p noctes quesiui. quem diligit anima mea. Quesiui illum. et nō inuenī. Surgam et circuibo ciuitatē. per uicos et plateas quetam quē diligit anima mea. Quesiui illum. et non inuenī. Inuenerunt me uigiles. qui custodiunt ciuitatē. Num quem diligit anima mea uidistis. Paululum cū ptransissem eos. inuenī quem diligit anima mea. Tenui eum nec dimittam. donec introducam illum in domū matris mee. et in cubiculum genitricis mee. Aduro uos filie ihrusalem p capreas ceruosq; campozum. ne suscitetis neq; euigilare faciatis dilectam. donec ipa uelit. Quē est ista que ascendit p desertum. sicut urgula fumi ex aromatibus mirre et thuris. et uniuersi generis pulueris pigmentary. Ecce lectulum salomonis. sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis isrl. omnes tenentes gladios. et ad bella doctissimi. Unusquisq; ensis super femur suum. propter timores nocturnos. Ferculum fecit sibi rex salomon. de lignis libani. Columpnas eius fecit argenteas. reclinatozium aureū. ascensum purpureum. media caritate constrauit. propter filias ihrlm.

Egredimini et uidete filie syon regem salomonem. in diademate quo coronauit eum mater sua. in die desponsationis illius. et in die letitie cordis eius. IIII

Quam pulchra es amica mea. quam pulchra es. oculi tui columbarū. absq; eo quod intrinsecus latet. Capilli tui sicut greges capratum. que ascenderunt de monte galaad. Dentes tui sicut greges tonsarum. que ascenderunt de lauacro. Omnes gemellis fetibus. et sterilis non est inter eas. Sicut uitta coccinea labia tua. et eloquium tuum dulce. Sicut fragmen mali punici. ita gene tue. absq; eo quod intrinsecus latet. Sicut turris dauid collum tuū. que edificata est cum ppugnaculis. Mille clipei pendent ex ea. omnis armatura fortium. Duo ubera tua. sicut duo hinnuli capree gemelli. qui pascuntur in lylys. donec aspiret dies. et inclinentur umbre. Vadam ad montē mirre. et ad collem thuris. Tota pulchra es amica mea. et macula non est in te. Veni de lybano sponsa mea. ueni de lybano. ueni. Coronaberis de capite amana. de uertice sanir. et hermon. de cubilibus leonum. de montib; pardorum. Vulneraslti cor meum soror mea sponsa. uulneraslti cor meum in uno oculorum tuorū. et in uno crine colli tui. Quā

pulchre sunt mamme tue: soror
mea sponsa. Pulchriora sūt ube
ra tua uino: et odor unguentor
tuorum super omnia aromata.
Fauus distillans labia tua spon
sa; mel et lac sub lingua tua: et
odor uestimentor tuorum sicut
odor thuris. Ortus conclusus
soror mea sponsa: ortus conclu
sus. fons signatus. Emissiones
tue paradisus malorū punicor:
cum pomor fructibz. Cypri cū
nardo. nardus et crocus. fistula
et cynnamomū. cum uniuersis
lignis lybani: mirra et aloe.
cum omnibz primis unguentis.
Fons ortorum. puteus aquar
uiuentium: que fluunt impetu
de lybano. Surge aquilo: et ue
ni auster: perfla ortum meū. t
fluant aromata illius. V
Veniat dilectus meus in or
tum suum: ut comedat fru
ctum pomor suorum. Veni in
ortum meum soror mea sponsa:
messui murram meam cum aro
matibz meis. Comedi fauum
cum melle meo: bibi uinum me
um cum lacte meo. Comedite
amici et bibite: et inebriabimi
ni carissimi. Ego dormio: et cor
meum uigilat. Vox dilecti mei
pulsantis. Aperi mi soror mea.
amica mea. columba mea. īma
culata mea: quia caput meum
plenum est rore. et cincinni mei
guttis noctium. Expoliaui me
tunica mea; quōmodo induar
illa. Laui pedes meos; quōmo
do inquinabo illos. Dilectus me
us misit manum suam p fora
men: et uenter meus intremuit
ad tactum eius. Surrexi: ut
aperirem dilecto meo. Manus
mee distillauerunt murram: et
digiti mei pleni murra probatis
sima. Pessulum ostij mei ape
rui dilecto meo: at ille declina
uerat atq; transierat. Anima
mea liquefacta est: ut dilectus
locutus est. Quesiui et non in
ueni illum: uocaui. et non res
pondit michi. Inuenerunt me
custodes: qui circueunt ciuita
tem. Percusserunt me et uulne
rauerunt me: tulerunt mi pallī
um meum custodes muror. Ad
uro uos filie iherlm: si inuene
ritis dilectum meum. ut annū
cietis ei. quia amore langueo.
Quālis est dilectus tuus ex di
lecto. o pulcherrima mulierū.
Quālis est dilectus tuus ex di
lecto. quia sic adiurasti nos.
Dilectus meus candidus et rubi
cundus: electus ex milibus. Ca
put eius aurum optimū: come
eius sicut elate palmarū. nigre
quasi cornus. Oculi eius sicut
columbe super riuos aquarum:
que lacte sunt lote. et resident
iuxta fluenta plenissima. Gene
illius sicut areole aromatū: con
site a pigmentarius. Labia eius:
lylia distillantia murrā primā.
Manus illius tornatiles: auree.

plene tacinctis. Venter ei⁹ eburneus: distinctus saphiris. Crura illius columpne marmoree: que fundate sunt super bases aureas. Species eius ut lybani: electus ut cedri. Guttur illius suauissimū: et totus desiderabilis. Talis est dilectus meus. et iste est amicus meus: filie iherusalem. Quo abiit dilectus tuus· o pulcherrima mulierū? Quo declinauit dilectus tuus· et queremus eum tecum? VI

Dilectus meus descendit in ortum suū. ad areolam aromatum: ut pascatur in ortis. & lylia colligat. Ego dilecto meo. et dilectus meus mihi: qui pascitur inter lylia. Pulchra es amica mea· suauis et decora sicut iherusalem: terribilis ut castrorum acies ordinata. Auerte oculos tuos a me: quia ipsi me auolare fecerunt. Capilli tui sicut greges capraruꝫ: que apparuerunt de galaad. Dentes tui sicut greges ouium: que ascenderunt de lauacro. Omnes gemellis fetibꝫ: et sterilis non est in eis. Sicut cortex mali punici sic gene tue: absq; occultis tuis. Sexaginta sunt regine. et octoginta concubine: et adolescentularuꝫ non est numerus. Una est columba mea. perfecta mea: una est matri sue. electa genitricis sue. Viderunt eam filie. et beatissimam predicauerunt: regine et concubine laudauerunt eam. Que est ista que pgreditur quasi aurora consurgens. pulchra ut luna· electa ut sol. terribilis ut castrorum acies ordinata? Descendi in ortum nucum· ut uiderem poma conuallis: et inspicerem si floruisset uinea: et germinasset mala punica. Nesciui. Anima mea conturbauit me: propter quadrigas aminadab. Reuertere reuertere sunamitis: reuertere reuertere. ut intueamur te. VII

Quid uidebis in sunamite. nisi choros castrorum? Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis: filia principis. Iuncture femorū tuorum sicut monilia: que fabricata sunt manu artificis. Umbilicus tuus crater tornatilis: numquā indigens poculis. Uenter tuus sicut aceruus tritici: uallatus lylys. Duo ubera tua· sicut duo hinnuli gemelli capree. Collum tuū· sicut turris eburnea. Oculi tui sicut piscine in esebon: que sunt in porta filie multitudinis. Nasus tuus sicut turris lybani: que respicit contra damascum. Caput tuū ut carmelus: et come capitis tui sicut purpura regis. uincta canalibꝫ. Quā pulchra es et quam decora: carissima. in deliciis. Statura tua assimilata est palme: et ubera tua botris. Dixi· Ascendam in palmā: et apprehendam fructus eius. Et erunt ubera tua sicut botri uinee: et odor oris tui sicut odor

maloꝝ. Guttur tuū sicut uinū optimū; dilecto meo dignū ad potandum: labijsq; et dentibꝫ illius ruminandū. Ego dilecto meo: et ad me conuersio eius. Veni dilecte mi. egrediamur in agrum: cōmoremur in uillis. Mane surgamus ad uineas; uideamus si floruerit uinea. si flores fructus parturiunt: si floruerunt mala punica. Ibi dabo tibi ubera mea. Mandragore dederunt odorem suū: in portis nr̄is. Omnia poma noua et uetera: dilecte mi. seruaui tibi.

Quis michi det te VIII
frēm meum. sugentē ubera matris mee. ut inueniam te foris. et deosculer te. et iam nemo me despiciat. Apphendam te. et ducam in domum matris mee: et in cubiculū genitricis mee. Ibi me docebis: et dabo tibi poculum ex uino condito. et mustum malogꝝ granatogꝝ meorū. Leua eius sub capite meo: et dextera illius amplexabitur me. Adiuro uos filie iherlm. ne suscitetis neq; euigilare faciatis dilectam: donec ipsa uelit. Quę est ista que ascendit de deserto. deliciis affluens. innixa super dilectum suū. Sub arbore mala suscitaui te: ibi corrupta est mater tua. ibi uiolata est genitrix tua. Pone me ut signaculū super cor tuum. ut signaculū super brachium tuū; quia fortis est ut mors dilectio: dura sicut infernus emulatio. Lampades eius lampades ignis atq; flammaꝝ. Aque multe nō poterunt extinguere caritatem: nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnē substantiam domus sue pro dilectione: quasi nichil despiciet eam. Soror nr̄a paruula est: et ubera non habet. Quid faciemus sorori nostre. in die quando alloquenda est. Si murus est: edificemus sup eum propugnacula argentea. Si ostium est: cōpingamus illud tabulis cedrinis. Ego murus. et ubera mea sicut turris: ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens. Vinea fuit pacifico. in ea que habet populos: tradidit eā custodibꝫ. Vir affert pro fructu eius: mille argenteos. Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici: et ducenti hijs qui custodiunt fructus eius. Que habitas in ortis. amici auscultant: fac me audire uocem tuā. Fuge dilecte mi. et assimilare capree hinnulogꝝ ceruoꝝ: sup montes aromatum. Explicunt cantica canticoꝝ. Incipit plog in libꝝ

Liber sapientie sapiē. apud hebreos nusq; est: unde et ipse stilus grecam magis eloquentiam redolet. Hunc uidei philonis ee affirmant. Quapropter sapia nominatur: qa

m eo xpi aduentus qui est ꝑ pia patris. et pallio euidenter exprimitur. Explicit prolog⁹. Incipit liber sapientie.

Diligite iusticiam: qui iudicatis terram. Sentite de dño in bonitate: et i simplicitate cordis querite illum. Qm̃ inuenitur ab hijs qui nõ temptant illum: apparet autem eis qui fidem habent in illum. Peruerse enĩ cogitationes separant a deo: ꝓbata autem uirtus corripit insipientes. Qm̃ in malivolam animã non introibit sapia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sps enim scus discipline. effugiet fictum; et auferet se a cogitationib; que sunt sine intellectu: et corripietur a supueniente iniquitate. Benignus est enĩ sps sapientie; et non liberabit maledictum a labijs suis: qm̃ renum illius testis est ds. et cordis illius scrutator est uerus; et lingue illius auditor. Qm̃ sps domini repleuit orbem terrarũ: et hoc qđ continet omnia. scientiam habet uocis. Propter hoc qui loquitur iniqua. non potest latere: nec ꝑteriet illum corripiens iudicium. In cogitationib; enim impij: interrogatio erit. Sermonũ autẽ illius auditio ad dm̃ ueniet. et ad correptionẽ iniquitatum illius: qm̃ auris zeli audit omnia; et tumultus murmurationũ non absconditur. Custodite ergo uos a murmuratione que nichil prodest; et a detractione parcite lingue: qm̃ sermo obscurus in uacuũ non ibit. Os autem quod mentitur: occidit animã. Nolite zelare mortem in errore uite ure; neq; acquiratis ꝑditionem in operib; manuũ uarũ: qm̃ deus nõ fecit mortem. nec letatur in ꝑditione uiuoꝝ. Creauit enĩ deus ut essent omnia: et sanabiles fecit nationes orbis terrarũ. Non enim est in illis medicamentũ exterminij: nec inferoꝝ regnum in tra. Justicia enĩ perpetua est et immortalis: iniusticia aũt mortis acquisitio. Impij autẽ manib; et uerbis accersierunt illam; et estimantes illam amicam. defluxerunt. et sponsiones posuerunt ad illam: qm̃ morte digni sunt. qui sunt ex parte illius. II

Dixerunt enĩ impij: cogitantes apud se non recte. Exiguum et cum tedio est: tempus uite nre. Non est refrigerium in fine hominis: et non est qui agnitus sit reuersus ab inferis. Quia ex nichilo nati sumus: et post hec erimus tamq̃m non fuerimus. Qm̃ fumus afflatus est in naribus nris: et sermo scintille ad cõmouendum cor nrm. Quia extincto cinis erit corpus nrm: et sps diffundetur tamq̃m mollis

